



NAZIONALE
VITT. EMANUELE
12
16 A
20


14
16 A
9

SPECVLVM HVMANAE VITAE,

IN QVO QVID PROSPERI & aduersi quisque hominum status, dignitas, & officium;

deniq; vtilitatis, & vanitatis vnaquęq; scientia & ars contineat, quis speculari facilè possit:

Rodorico Zamorensi, &
garitano Episcopo.



B R I X I AE,
Apud Franciscum, & Petrum Mariam Fratres de Marchettis. M. D. LXX.

VIRO OPT. AC NOB.
IO: BAPTISTAE
NAZARIO
BRIX.
Compatri cariſsimo.
Io. Franciſcus Marchettus
Bibliopola. S.D.





VM Chriſtiano Viro maximè conueniat, vt vnicuique, quoad eius fieri poſsit, prodeſſe ſtudeat; idq; maiori ſtudio, ac diligentia efficere debeat, cum ipſe ſibi, ſine cuiuſquam iniuria, vtilitatem, & honorem parare poſsit; hac de cauſa ego quoq;, vt aliquod opus vtile, ac iucundum in

communem omniũ ſtudioſorum vtilitatem ederem, ſemper ſtudui; quod in præſentia à nobis factum eſt; nam hoc opuſculum, quod pluribus iam annis à Rodorico Zamorenſi, & Calagaritano Epiſcopo editũ fuit, humanæ vitæ ſpeculi nomine iure inſignitum, multis iam diebus in lucem ed[illegible]e decreuimus; hoc enim ita vnicuique neceſſarium eſſe duximus, vt hoc vno fęlicitatum, ac miſeriarum humanarum ſpeculo, emolumenta, ac detrimenta, quæ ex actionibus noſtris manant facilè conſiderari, & cognoſci poſsint; quod ſi quis diligenter fecerit, atque in hoc lucidiſsimo Speculo ſe, ſuęque mentis labes intueri vo

luerit, facilè eas eluere, atq; emendare poterit. Nec verò typis citius excudēdum curaui, propterea quòd noua quadam accesſione, & appendice illi maximè apta, & accommodata illud ornare decreueram; ſed quoniã ea nōdum abſoluta eſt, nec volui vt ſtudioſi hoc opuſculo carerent, qualecunq; nunc eſt prelo ſubijciendum curaui; breui tamen, cum iterum à me impreſſum fuerit, ita auctum, & exornatum videbis, vt auctario noſtro priſtinę Speculi luci non mediocris ſplendor acceſsiſſe videatur. At verò, quoniam opuſculum hoc tanquã theſaurus eſt inter homines preciosus, nō cuiuis, ſed optimo cuſtodi ipſum credere vo-

lui, cuius opera à furum iniuria vindicaretur. Quapropter illud tibi addicere & tradere institui, vt sub præclaro nomine tuo, ac fęlicibus auspicijs impressum, tutius in publicum prodiret; vt qui contra maleuolorum, & detractorum morsus defensurus sis; me ad cuiuslibet beneficium, & vtile hoc opus impressisse, ac nullum idcirco iniuria à me fuisse affectum. Præterea, vt amor meus in te singularis, & obseruantia omnibus maximè pateat. Neque verò id effeci, quòd mihi persuaserim, te hoc egere munusculo, quo virtutes tuas exornares, siue vt diutiùs vitam ageres, dū ipse nomen tuum satis perpetuum, & immor-

tale virtutibus tuis reddideris, ita vt meritò quidem ſcientiarum,& artium Speculum appellari poſsis, nullumq; alium eligere potuiſſem, qui tecum conferri poſſet, quiq; omnium rerum,& doctrinarũ ſcientia tibi præſtaret; præterea tu quidem pro viribus, amicorum vſui & honori, nulla tui incommodi, nec impenſæ habità ratione,prȩſto eſſe ſoles. Munuſculum igitur hoc ea animi hilaritate accipias, qua res à tuis antiquioribus amicis tibi oblatas accipere ſoles; ego enim vti amicisſimus illud tibi deuoueo, ac dedico. Vale.

REPERTORIVM
MATERIARVM SPECVLI.
Ad literam alphabeticum.

A

V

FINIS.

E P I G R A M M A

in laudem actoris.

Aedidit hoc linguæ clarissima norma latinę
Excelsi ingenij vir Rodoricus opus, (ce
Qui norma angelica est custos bn̄ fidus in ar
Sub Pauli Veneti nomine pontificis.
Claret in Italici Zamorensis episcopus ausis
Eloquij, vt superos gloria parta viri.

AD LECTORES.





VM humanus animus non modò bonum simpliciter, sed (teste Aristotele) summum bonum naturali conanime appetere uideatur, nihil certè deesse uidetur, nisi rectè eligendi ratio. In ea igitur nonnunquam error contingit, illa potißimum ratione, quia cum (iuxta philosophi sententiam) electio non nisi de præcognitis existat, pro eo ꝙ nemo quæ ignorat, eligit, ut ille in rectè eligendo deficiat necesse est, qui diuersorum statuum uiuendiq; generum dulcia & amara, commoda & incommoda non satis agnoscit. Vt igitur noscamus quales à nobis artes, qualia studia, qualia ue conuersandi aut uiuendi genera dum in hoc fallaci seculo uagamur, & quo ordine deligenda sectandaq; sint, de-

creui pro modulo ingenij, quid in ea re sentio explicare. Eritque eius libri titulus, Speculum humanæ uitæ. Nam ueluti in materiali Speculo unusquisq; non modo sua, sed & aliorum intuetur, aut pulchra, aut deformia, & quid commendandum, quid ue emendandum sit: sic in hoc opusculo tanquàm in limpidißimo Spéculo liquidò conspiciet dulcia & amara recta aut deformia, cuiusuis status & artis totius humanæ uitæ. Quo fiet, ut aptißimè agnoscat, quid in seipso: ac uita & sorte sua, & demum cæterorum mortalium, laudandum, sequendum siue reprehendendum, & corrigendum sit. Quemadmodum igitur (teste Gelasio Papa) duo sunt uitæ genera, quibus orbis principaliter regitur, & omnium mortalium conuersatio pendet; aliud uidelicet eorum qui temporaliter, aliud illorũ qui spiritualiter uiuunt: ita duos sub breui compendio tractatus attingam. In primo quidem de cun-

ctis temporalibus statibus, siue secularibus artibus, & uiuendi formulis, breui agemus: incipientes à summo temporali culmine, uidelicet Cæsarum, Regum & Principum, usque ad bubulcos, & infimæ uitæ homines. Et in ea parte, diuersos hominum uiuendi modos in tẽporali statu degentium, uariaque artium & occupationũ secularium genera, quibus homines sese, ut plurimum conferre, aut implicari solent, breui perstringam. Et quid in eis animæ profectus, aut temporalis honoris, uel cõmodi aut incommodi, laboris uel periculi lateat, succinctius atq; exquisitius quàm potero explicabo. Tandem de cunctis fere malis, supplicijs, penis, mortibus; ac damnis corporalibus, necnon de cæteris intrinsecis, & inuisibilibus ærumnis, ac mentis afflictionibus, quę ab origine mundi homines, tam boni & innocentes, quàm mali & peccatores magis excellentes, & nominati in omni statu existentes ppessi sunt,

& in dies mortales omnes patiuntur. & de causis eorum, ad utranque partem breuissimè subijciam.

In secundo libro de spiritualis uitæ statu, & uiuendi genere sermo erit: qui cum binarius sit, quorum alter ecclesiasticus, alter regularis, siue monasticus existat, de utriusq; principijs natura & origine, auctoritate, institutione & differentia, nec non necessitate & utilitate, excellentia & prerogatiuis: sed & de eorum aculeis, laboribus & periculis agendum erit, incipiendo à summo pontifice, qui omnium statuum uertex est, atque totius uitæ humanæ exemplare speculum existit. Deinde cæteros omnes ecclesiæ status & ordines particularius discutiam. Vt tandem discat humanus animus, & si ubique sit labor & dolor, ubique ad uirtutes, & uitia uia sit: cui potius uacare & se accommodare debeat, ut tandem dulcorem, simul & amaritudinem, cuiusque status considerans, illam

uiuendi formulam eligat: quæ & fragilitati naturæque suæ potius conueniat, minusq; periculi, sed pluris habeat bene beateq; uiuendi. In quibus quicquid à me differendum erit correctioni & emendationi remitto.

PRAEFATIO VTILIS, IN QVA Autoris huius libri vita, eiusque studia recoluntur, & tandem admonet ad studia legis diuinæ, potiusquàm humanæ, & de effectu legum humanarum, & de ordine procedendi in hoc libro.



ERVM. vt aptior dulciorq; sit circa præmissa dicendi ordo, expertam à me in ea re luctam, atque in me ipso exercitatam dissensionem, interseram: teneboq; typum dialogo similem, dum honestum quendam atque modestum altercationis modum inter piam matrem ac nonnullos contribules, & amore mihi coniunctos dudum habitam circa vitam eligendam meam breui perstrinxero. Quo fiet, vt dum rem gestam fideliter enarro, pollicitum persoluam ordinem. Attingo iam breuem, sed iucundam palestram. Patre itaque vita functo, infantulum me pia mater ad literarum studia destinauit. Vbi post prima illa literarum rudimenta, dialecticæ & philosophiæ laudatis studijs, non quidem vt debui, sed vt valui, parumper operã dedi. Rursus post aliqua temporis interstitia in eis consumata, variæ diuersæq; inter piam matrem & contribules, ac cõsanguineos, opiniones fuere. Mater siquidem, vt erat totius sanctimoniæ & honestatis sectatrix, ac eximiæ deuotionis & virtutis cupida, optabat quã maximè, ad spirituales me scientias conferre debere, illi econtra. Quis enim, inquiunt, patris nomen aut tenebit aut suscitabit? Nam cum pater illius castri conciuis pręcipuus, & populi quoddã caput fuerit, elaborandum est, vt filius patrẽ imitetur. Deinde quis generis atque familię honorem tenebit? Quis rursus matri viduæ, fratrum sororumque pupillorum, necessitatibus compatietur? Quis denique totius fa-

milię, & domus onera supportabit? Quare suadebant illi, vt ad seculares me scientias conferrem, quę suis sectatoribus honores comparant, summas amplasq; afferunt diuitias. Clamabat tñ pia mater cũ Hieronymo ad Demetriadem virginem dicens instruendã in teneris annis debere esse animam diuinis eloquijs, vt corufcante verbo Dei, diaboli astutię repellantur; vt adolescens resistere sciat, quem hostem pro residuo vitę habiturus est. Addebat rursus mœsto animo in diuina lege paucos admodum, sed in profanis studijs humanisque legibus plurimos laborasse. Secularibusque denique artibus (quas rectè seculi lucratiuas vocant) gymnasia plena esse. Quare dolebat apprime, quod omnes ferè legem Dei aspernerentur, in qua cum rege & propheta iubentur meditari die ac nocte. Quippe veluti cęci atque ignaui, ita passim dere linquerent fontem aquæ viuę, & foderent in cisternis dissipatis, secularibus, videlicet, disciplinis, quę nec dulces, nec viuas aquas continere possunt. Rursus illi, vt iuridicas sapientias sectari deberem, summopere suadebant, canonicam, videlicet, & ciuilem: quoniam habitus ille iuridicus eius generis erat, qui votis piæ matris faciebat satis. Vtpote quæ si ad sensum legislatoris leges ipsæ feruntur, normam bene rectèq; viuẽdi tribuunt, docentque quo virtutis & rationis tramite, quo disciplinæ vigore, ecclesia atque mundus ipse regatur: sed & prębent documenta, atq; veras explicationes illius iuris naturalis non scripti, quod cum apostolo, insitum est in cordibus nostris, & tanquam lumen vultus diuini, signatum est super nos, alterum, videlicet, non lędere, & ius suum vnicuique tribuere. Cui siquidem iuri naturalĩ non distinctum, quinimò idem videtur esse ius diuinum cunctos mortales commonens, vt quodcũq; volumus vt faciãt nobis homi-


nes ea eisdē & nos faciamus. Tandem victa est mater pia, at si vinci pietas non potuit propinquorum suasionibus timida satis acquieuit. Decretum est ergo, vt eis ipsis studijs vacarem. Commonebat maternus amor, vt inter humani iuris regulas, diuini nequaquā esse immemor. Et licet (vt dicebat) pulchrum admodum sit de iustitia humana agere, necessarium tamen sibi videbatur, diuinę non obliuisci. Addebat denique, quod cum contra ius iniuria fiat, tunc me rectum, verumque iuristam crederet, si nullam Deo iniuriā inferrem. Quippe tunc optimus legista euaderem atque prę clarus, si sua immortali Deo iura, suasq; leges immaculato calle seruassē. Tandem pro quodam (vt ita dicebat) iocali semper memorabili, illud propheticum mihi summopere relinquebat, meditandum die ac nocte: quia beati immaculati in via, & qui ambulant in lege domini. Subijciebat tamen postremò, vt ab illis penitus studijs animū abstraherem, quæ non veritate, sed fabulosis figmentis homines, & prę sertim iuuenes delectant: vt rectè cum eodem propheta dicere possem: narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Accepta igitur materna benedictione, aptisque ad studia necessarijs rebus, Salamantinæ me contuli vniuersitati, vbi per decem annos eisdem iuridicis legislationibus vacaui. Memor tamen sapientis prę cepti; ne dimittas legem matris tuę: nōnumquam inter sedula iuris exercitia, veluti cuiusdā solatij gratia, sacrarū literarū lectioni me raptum conferebam. Sed & philosophię præsertim moralis dulcedinem tan to ardentius prę gustabam, quanto vltra ea oblectamenta, quę doctrina ipsa ad morum informationem adducit, plenius tamen atq; vberius cunctorum iurium legumque humanarum, verum intellectum elicere videntur. Adde, quia vt semper mihi visum est, idque

& Ci

& Cicero in libro de legibus ait: postergatis moralis philosophiæ doctrinis atque principijs, neminem contingit in iure ipso eruditũ, præclarumq; euadere. Tandem vero expletis studiorum cursibus, assuetis doctoratus insignijs, extiti vtinam dignè togatus. Sed illicò grandis admodum in matrem piam, & consanguineos, ac attinentes concertatio suborta est, sed longe maior inter vtrumq; meum hominem cõflictus inualuit. stabat enim tempus, petebat ætas, ipsa quoque ratio, & affinium expectatio poscebat, vt tandem aliquẽ future vitę modum eligerem. Et quia teste Gelasio, vt pręmisimus, duo sunt viuendi genera, quibus hic totus orbis regitur, & sustentatur. Alterum, eorũ qui se spiritualiter in sortem Dei dedicant. Alterum, eorum, qui se secularibus prębẽt, negocijs, alij ecclesiastici, alij vero laici. Ea de re, illi vt secularẽ vitæ formulam captarem: quia eam progenitores ipsi honestissimè seruarunt. Mater vero veluti quæ nedum corpusculum meum intra eius viscera duxerat, sed & educauerat, atque ad eum vsque statum perduxerat, & ob eam rem plus diligebat, suadebat non statim à me eligendam fore vitæ formulã. Sed hortabatur vt prius matrem ipsam ex acie vna, cęteros vero consanguineos & amicos ex altera, audirem altercantes super cunctas vitæ humanæ artes, & viuendi modos: incipientes à statu temporali, qui primo mortalibus occurrit, vt illius falsis prosperitatibus & veris calamitatibus plenè conspectis, tandem ad spiritualem statum, qui optimi finis rationem habere videtur, me vt optabat transferrem. Acquieuerunt affines discutioni, acquieui & ego. Illi ergo, vt animo tenero dulciorem status & vitę tẽporalis modum facilius imprimerent, decreuerunt à summo terreni status culmine, imperiali, videlicet, & regali inchoare: vt ex illius sublimitate & fœlicita

te, quæ multos in dies facit fœlices, ad aliquem temporale viuendi modum allicerent. Tandem vero cęteros alios terrenos viuendi modos tangere,& discutere menti erat, vsq; ad infimos bubulcos, necnon ad rusticanos homines. His igitur pro quadam præfatione introductis, accedendum est ad rem ipsam. In duos igitur libellos(vt præmisimus) hic liber diuiditur. In quibus discutiuntur,examinantur materię infrascriptę,vt in tabula sequenti apertius declaratnr.

DE MATERIIS *pertractandis in primo libro, & de tabula capitulorum eius.*



PRIMVS Liber agit de cunctis statibus & exercitijs, siue viuendi modis temporibus incipiens à Cæsarea potestate, & regali dignitate, quæ culmen habet omnium temporalium statuum, vsque ad bubulcos, ac infimas artes exercentes. In quo discutiuntur & examinantur commoda & incommoda, dulcia & amara, fauores & labores, solatia & miseriæ, facilitates & difficultates, prospera & aduersa, quietudines & pericula vniuscuiusque status, & vitæ huius temporalis seu formæ viuendi in hoc seculo.

DE MATERIIS PERTRACTANdis in secundo libro, & de tabula capitulorum eius.

SECVNDVS liber de statu vitę spiritualis, qui in duos subdiuiditur status seu viuendi modos, videlicet, in statum ecclesiastici ordinis, hoc est Papam, cardinales, archiepiscopos, clericos, & ecclesię ministros. Item in statum monastică siue religiosorum: in quo sunt capitula sequentia.

Cap.1. de sublimitate & excellentia dignitatis summi pontificatus: & de incōpręhēsibili eius auctoritate & potestate, & de illius necessitate & vtilitate, & de altissimis eius mysterijs.

Cap.2. de spiritualibus incommodis, amaritudinibus, miserijs, aculeis, necnon mentis afflictionibus, periculis, & laboribus summi pontificatus: vbi plurimę summorum pontificum calamitates, & spiritus perturbationes narrantur.

Cap. 3. de plurimis temporalibus incommodis, amaritudinibus, & miserijs, ac calamitatibus romanorum pontificum: & de illorum promptis, & ei coniunctis laboribus, & periculis, anxietatibus, & inseparabilibus ęrumnis.

Cap.4. de alia infœlicitate, & calamitate romanorum Pontificum videlicet, quòd parum viuant in pontificatu, & de causis, & rationibus huius breuitatis vitę potius in eisdem summis pontificibus, quam in alijs monarchis, & principibus.


Cap.5. an sit verum vniformiter, quod romani pontifices parū viuant in papatu. Agitur etiam de verissimis causis breuitatis vitæ summorum pontificum: & an in viuendi

INCI-

INCIPIT CAPITVLVM PRIMVM PRIMI LIBRI,

videlicet, de primo & sublimiori statu temporali, qui est status & gradus Imperialis, & Regalis, ac aliorum Principum secularium: & de supremo huius status & dignitatis culmine & excellentia: ac de illius gloria & fœlicitate, nec non de eius Prerogatiuis, cōmoditatibus, laudibus, & præconijs super alias temporales dignitates.





VPER cunctas humanas temporalesque dignitates, & sublimes eminentias, Imperialis & Regalis status culmen & excellentiam obtinent. Huius itaq; fastigij splēdor & laus tanta est, vt satis exprimi non possit. Sed vt paucis agamus, sicut nomen eius, ita & laus eius. Psal.47. b Imperatoris quidē nomen ab imperando dictum est. Regis denique à regendo, aut Grecè basis a sustinendo. Quid enim gloriosius, quid fœlicius, quam vnum intueri mortalem hominem cęteris hominibus imperantem, cunctos regentem, & ad libitum ferentem? Isti sunt qui (teste Iob) portant orbem. Iob.9. b Huius certè eminentissimi status honor, laus, gloria, & excellentia, ex eo etiam maximè patet, quoniā (teste scriptura) illis tanquam sublimioribus potestatibus, Ro.13. a Mat.25. b omnis anima subdita est. Quare (iuxta Christi præceptum) cæsaribus, atque regibus, à cunctis fidelibus, honor exhibendus est, subsidia præstanda, & quibus vectigal, vectigal: & quibus tributum tributum. Rō. 13.b Illis denique tanquā pręcellentibus, & à deo missis, teste apostolo,

parendum est: quia non sine causa supereminentem, terrentemq; gladiũ portant ad coertionem malorum, laudem vero bonorum. Illorum quidem sunt quas incolimus vrbes, illorum castra atque possessiones, & cuncta terrena, dicẽte Augustino, quo iure defendis villas, nisi Imperatorum regumque iussu? Quis igitur non fœlicem, non cunctis prelatũ hunc excellentem statum dixerit: qui omnibus subuenit, omnibus prodest, & omnium saluti & commoditati prouidet? In qua re Reges ipsos deo assimilari, approximariq; plurimum cernimus. Quia solus ipse vitæ necisque hominum dominus est, salutem mortalibus confert, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint. Qui non sibi, sed reip. nati sunt, dum discordias pacificãt, oppressos à potẽtibus eripiũt, prouincias pace gaudere faciunt, violentias cohibent, iustitiam seruant, malos dissipant, & quicquid agẽdum est, siue ad bene beateq; viuẽdum, siue ad res ipsas politicas fœliciter gubernandum, finemq; debitum dirigẽdum, legibus, præceptis ac iustis lationibus disponunt. Rex enim similitudo siue imago quædam diuinitatis est in terris, dũ idipsum agit in limitato cum in vno quoque regno quod

Exo.22.d Deus in vniuerso. Hinc reges in Exodo dij vocantur. In his est prouinciarum quas regunt, summa potestas. Taceo de Imperatore, cuius authoritas nullis est circumscripta limitibus: qui princeps est maximus atque optimus, qui cœleste habet arbitrium, & iura præceptaq; ab eo tradita diuinitus emanari creduntur: cui est pro lege voluntas, pro libito sanctio, ꝓ arbitrio ratio. Est deniq; rex, pr̃ patriæ, amãs quos regit, ꝓtegẽs quos gubernat.

Rursus huius sublimissimi status excellentia, ex illi⁹ necessitate ac vtilitate facile agnoscitur. Nam veluti cunctis hominibus naturale est in societate viuere, sic aliquem esse

oportet per quē multitudo regatur. Nā iuxta philosophum multis existentibus hominibus,& vnoquoq; id quod sibi congruum est prouidente,multitudo ipsa facile in diuersa dispergitur, si modo aliquis non sit qui curā multitudinis obtineat. Nec illud sapiens Salomon ignorabat,inquiens, vbi nō est gubernator,dissipabitur populus. Denique illa hominibus a natura innata societas rumpetur,si non foret aliquis præsidens, cuius ope prauorū audacia arceretur. Quia,teste Augustino, à diuina dispositione regna sunt condita, reges instituti,vt malorum peruersitas castigetur,& bonorum vita & innocentia conseruetur. Et alibi, regale fastigium locus est superior,sine quo populus regi non potest. Imperatoria ergo vox,& regalis auctoritas, iniquos fugat, insolentes castigat, obtrectatores despicit, bonos præmiat atq; fouet, & cunctis influit vitæ & honoris alimenta. Est enim rex in regno veluti in naturali corpore caput.Constat quidem caput ipsum membris vigorem influere, quia teste nostro Seneca, quid valet corpori robur, quid validitas lacertorum, quid velocitas pedum, nisi capitis velut principis sui, imperialis quædam amminiculetur potestas: à quo vel destituuntur vniuersa, aut omnia fulciuntur? Sine capite, inquit,iacet truncus ignobilis sine honore, sine nomine. Sed nec in humanis tantum eius summa consistit fœlicitas. Nam præter eam exteriorem quam prædiximus, super cunctos mortales excellentiam, si bene rex optimeq; regit,immortali Deo tanto propinquior,tanto gratior est,quanto liberior. Sed & castigatior fuit in eo peccandi licentia,qui potuit transgredi & non est transgressus,in quo peccare noluit voluntas:etiamsi emineret peccandi impunitas. Grandis certe gloria,grande premium:nam quotquot superat potestate terrena, superat & fœlicitate æterna. Scriptū

prou.11.b

Eccl.31.b

est enim: quia domus Dauid erat sicut domus dei. Veluti enim fideliter regendo dei officium gessit in populo, sic ad præmium propinquius ei hærebat in cœlum. Quippe apud antiquos boni rectiq; principes in deos trãsformari putabantur. Et vt grandi negotio breuem finem imponamus, quanta sit huius sublimis status fœlicitas, non minus ex his quæ tetigimus, quam ex eo cognoscemus: quoniam si nulla (vt aiunt) maior est fœlicitas quàm multos facere posse fœlices, id certè fœlicitatis genus nulli magis, quàm regibus conuenit. Quamobrem (vt ego arbitror) illa sapiens regina Saba, non modo Salomonem regem fœlicissimum dixit, sed & eos qui ei seruiebant, ac ministrabant, seruosque seruorum suorum, per beatos asseruit. Quæ res agit, vt omnis humanus animus si sui ipsius immemor, si contemptor, si denique sui paruipensor fieri non velit: ad eandem ipsam sublimitatis dignitatem decurrat. Atque si natura suffert, si prudentia, si fortuna arridet, si potentia innat, ad illum omnium fœlicissimũ statum totis respiret conatibus. Quodque si minus tam excelsè cedri culmen ascẽdere nequit, ramusculis saltem illius insideat: quoniam aut vberrimum fœlicitatis fructum degustabit, aut saltẽ protectionis illius vmbra suauissima non frustrabitur. Cæterum augeret excellentiam regalis & imperialis principatus, agere de eius origine & differentia: & quis illorum sit antiquior, & iustior principatus. De quibus latius diximus in libro quẽ nuper edidimus de monarchia, & origine, & differentia principatus: & iterum in libro defensorij status Ecclesiastici, quarto tractatu.

CAPITVLVM SECVNDVM, DE Infelicitate ſtatus, Imperialis & Regalis, & plurimis curis, oneribus, & miſerijs, calamitatibus, atque incommodis illius, & quæ reges & principes comitantur, & tandem de innumeris periculis principantium.



ERA ſemper illa ſapientis ſententia fuit, quia maiore ſtudio miſeriarum cauſas, & dolorum alimenta quam vitam conquirimus. Atque auidius ea inueſtigamus, & prælegimus quibus more pilę huc atq; illuc iactamur: quàm ea quę pleniſſimam ſecuritatem, & veram fœlicitatem tribuunt, quod certè nulli animantiũ præter quam homini accidit. Illa enim non iudicio rationis, ſed naturæ inſtinctu vtilia eligunt. Nos vero ingenio, & animi acumine vigentes, blanda quadam atq; fallaci aura ridente, falſo iudicamus, putãtes id eſſe beatum, id perpetuum, quod facile ruit. Nec mouemur quia aſſiduo conſpicimus quoſdam, quos ſicut leuis fortunæ riſus attollit, ſic leuis ilico fletus deijcit, vt rectè de eis dicere poſſimus cum propheta deieciſti eos dum alleuarentur. Nec noș vincit, quod cernamus neminem tam ſecurum, tamq; mane quietum, vt non ante crepuſculũ à mœrore, à caſu, à lapſu ſuperetur. Cuius certe rei culpa in nobis eſt, qui facile ab his quæ cupimus, trahimur & ſuperamur. Qui enim animos ad hos vanos ſeculi faſtus accommodat, vt pro fructu folia, pro grano paleas, ꝑ vera fœlicitate vmbram capiat, neceſſe eſt. Audita certè atq; cum tota mentis attentione auſcultata eſt, ſumma rẽgũ ac Cęſarũ felicitas, illorumq; dignitas, maieſtas, celſitudo, atque vtilitas, ad cœlos vſque perducta. Sed niſi fallor, fallitur qui illa falſa non iudicat, qui aperto oculo vera eſſe non conſpicit. Pſal. 72. c

Dicã ergo nõ pari eloquentia, ſed vt puto

veriore sententia, regalis huius status calamitates, miserias, atq; pericula. In primis itaq; fateor clarissimum regis nomen fore, sed durissimum officiũ, clara nomina, res obscuræ, sed & difficillimum omnium ministerium, magis certè seruare difficile, quam nomine delectabile. Quid enim vtilitatis affert nudum dignitatis nomen, vbi res ipsa deest? Quid enim Cæsar, quid rex aliud suscipit, nisi fulgidas compedes, claram miseriam? Quæ si hominibus nota essent, non homines tantopere de vno solio litigarent. Quinimo mirandũ est, ꝙ non plura sint regna quam reges. Suscipit certè rex collapsa erigere, sparsa colligere, recuperare perdita, deformia reformare. Sed etsi illa (quod rarum est) exprobauerit: reliquam laudem illius successor metet. Putasne reges his tẽporibus ad id prouehi, quod nomen ratioq; regis expostulet? vt sit reipub. auctor, ecclesiæ cultor, refugium pauperum, tutor pupillorum, defensor viduarum, oculi cæcorum, lingua mutorũ, baculus senum, ultor scelerum, metus malorum, gloria bonorum, malleus tyrãnorum pater regum, moderator legum, & ærarij publici dispensator? Falleris certè. Mutatus est enim illorum color optimus, atq; pro illius operibus, alia sibi inæqualia vendicãt, quæ ilico audies. Alienant quippe reges, aut dissipant imperij & regni bona, cuius sunt administratores, non domini. Ecclesiam quam tuendam susceperunt, eiusq; ministros persequuntur, à quibus tributa pœnas, & banna exiguntur, cum tamen eorum orationibus longe plus regnum augeant, q̃ illorum armis. Populum demum affligunt talijs, & exactionibus corpora iniuriãtur. Quos propheta signat inquiens, quare attereritis populum meum, & facies pauperum cõmolitis? Hi (vt alibi scribitur) qđ crassum est comedũt: quod fractum est, non alligant: quod infirmũ est, non consolidant: quod abiectum est, non

Esaiæ. 1 f.

reducunt,quod perijt,non quærunt. Eos itaq; alius propheta,non reges, sed infideles principes,& socios furum appellat. Taceo ꝙ aliena dominia occupant,vicinos habere nullos vellent,limites confundunt, iustitiam non faciunt,quæ dei sunt negligunt.

Quia igitur fœlicitatis est,solo nomine rex censeri,& quæ regi digna sunt,respuere? Aut quid honoris est,tutores reip. appellari, & illius euersores effici? Cogor illud Adriani Hispana familia nati verbum, optimo principe dignum,ad memoriam reuocare: quod illud sæpius in senatu dixisse fertur. Dicebat enim ita se remp. gesturum,vt sciret populi rē esse non propriam. Rursus reges non tam ad gloriam & honoris fastigium,quā ad curam solicitudinem,ac indicibiles miserias, & pericula assumūtur:adeò vt vix aliqs regnare optaret,si rectè attenderet quam grauis regis sarcina sit grauior finis. Assumuntur quidē principes,non ad quietem , non ad securitatem : quinimo ad seruitutem,& quandam carceris speciem. Quæ enim maior est captiuitas, quā iugiter circūcingi populi multitudine,& quasi circūligari? Nam vt noster inquit Seneca, possum in qualibet parte vrbis solus sine timore incedere, quamuis nullus sequatur comes,nullus ad latus gladius, rex vero armatus, & armatis munitus in publicum prodeat necesse est. Quem multitudo gladiorum obsidet,& quocunq; descendat, magnus illum apparatus sequatur. Assiduè enim omniū quos regit,timore constringitur. Vnde Seneca,regnantibus multo peius periculum est, quam his qui iudicantur. Hi enim singulos timent, illi vniuersos. Itaq; illud Labentij equitis romani verum est:quia necesse est vt multos timeat,quem multi timent. Cuius illa vt putamus ratio erit,quia quem quis metuit perire cupit. Et iuxta Ennium, quem metuunt,oderunt:& quem quis oderit perisse expetit.

Huius certè regalis fastigij onera, curasq; grauissimas atque prompta pericula, nonnulli sensati principes peroptime cognouere, illaq; experti sunt. Nam Augustus & Diocletianus, alter de dimittendo imperio cogitabat, alter iam dimisit, nec reuocatus assensum dedit. Deinde Marcus Aurelius, & ptinax, quorum alter ad imperium euocatus, tristior effectus, multa de miserijs imperij amicis disseruit: alter semper imperium exhorruit. Adde quod regnum non semper iustè principes acquirunt, sed plerunq; ferro. Quare ferro etiã seruatur, ac ferro plerunq; amittitur. O quot legimus, quot audiuimus, quot vidimus in eculeo fortunæ motos? quot magno impetu rotatos? alios ex altiore fastigio prolapsos? quot Cæsares, quot reges, aut hostiũ, aut suorum manibus, à summo solio pulsos, vitam simul, & regna amisisse? quot reges à regno in captiuitatem, à sceptro in carceres transire, alios exules, plurimos in acie cæsos, & domi capite truncatos, & alios (quod durissimũ est) laqueo à se suspensos? Et vt paucis agamus, vbicunque reges sunt, pericula eos comitantur, & semper in medio existunt hostium, non solum cum in bello, sed cum in vrbe se recipiunt. Rursum inter cæteros homines amicitia quam maximè necessaria, atque vtilis, & delectabilis est: sed hanc reges minimè habent. Nam cum inter parentes, & liberos, ac fratres ad inuicẽ, virosque & vxores, firmissimè omnium atque arctissimè sint amicitiæ, apud reges vero, & sæpe videmus, filius à patre, & pater à filio, & cõiunx à coniuge, & frater à fratre capitur atque necatur: & quos ipsa natura ad amandum compellit, regnandi auiditas cogit ita odio esse, vt plerunque de sua nece cogitent: demum plurima facit rex, quæ nedum amorem suorum impediunt, sed eos reddunt sibi inimicos. Exigendæ sunt enim pecuniæ à subditis

ditis ad necessarios sumptus, puniendi sunt facinorosi, prohibendæ iniuriæ, confiscanda bona multorum, cogendi sunt bella agere, domos, agros deserere. Quæ vna res subditis molestissima est, & omnem amorem repellit. Denique cui fides deest, magno bono eum carere nullus hæsitat. Quæ enim familiaritas, qui vsus, qui congressus iocundus esse potest absque fide? Quis enim familiarem, quis seruum aspicere potest, si ille infidelis existat? Reges vero de nullo aut raro fidem habent. Quod ex eo licet cognoscere, quod non facile cibis ad se delatis credũt, nisi à seruitorib⁹ prægustentur, ne quid male edant formidantes. Cęterum regibus nunquam fit satis optando, & minus consequendo. Cæteri enim homines aut ædes cupiunt, aut agros: reges vero vrbes, prouincias, regiones, arces, quas adipisci difficilius periculosiusq; est quam eas res, quæ ab alijs cupiuntur. Et quod omnium infœlicissimum est, reges tam bonos quam malos, tam sapientes quã insipientes formidant. Fortes quoque timent, ne aliquid audeãt gratia libertatis. Prudẽtes, ne quid aduersus eos machinentur. Iustos, ne dedignentur ab eis gubernari. Potentes & diuites verentur, ne subditorum potentia & diuitiæ eis nociua reddantur. De quibus Iob pulchre ait: sonitus terroris semper in auribus eius. Adde quod reges nunquam naturalium rerum abundantiam exoptant, vbertatem agrorum odiũt, ne fertilitate rerum subditi difficilius iugum seruiendi patiantur. Demum, nullum regibus gaudium cum securitate est. Timent celebritates hominum, timent festa, timent solitudines non custoditas, timent ipsos custodes, nec inermes illos habere volunt, nec de armatis plurimum confidunt: quo fit, vt quid ipsi velint, ignorent. Nonne ista infœlicitatis signa sunt? Quod si forte magnum quis putet in regibus & propterea beatos eos, quia

Iob·15 c

facile multis prodesse, & inimicis obesse pos sunt, nimium in ea re fallitur. Qua enim ratione res benefacere amicis potest, cum aperte sciat, quod quanto plura quis ab eo cœperit, tanto citius cupit effugere: nullusque sit, qui eas res quas sibi principes largiũtur, suas esse putet, nisi eo loco sint, aut ipsi tam potentes fuerint, vt etiam si rex cupiat, nullo modo possit auferre? Inimicis vero nec obesse nec prodesse audent. Accidit enim illis veluti habentibus extrenuos equos, sed feroces, quibus nec illi vti possunt propter timorem, nec alienant propter virtutem.

Sed & inter alias huius regalis status infœlicitates, illa non parua est, quoniã etsi reges non ignorant statum eorum, multis miserijs, calamitatibus, & periculis plenum, tamẽ nec se ab eo prouidè eximi, nec tutè liberari sciũt nec sponte cedere possunt qui semel regnum assecuti sunt. In qua re cunctorum principũ illa omnium miserrima conditio est, vt miseriam ipsam relinquere non valeãt. Quo enim pacto possunt principes tot pecunias restituere, quot ipsi diripuerunt, aut tot uincula pati, quot ipsi ingesserunt, aut tot mortibus mori, quot ipsi necauerunt? Cæterum, ꝙ gloria, laude, & honore, & reges cunctos mortales superent, hoc vnum est, vt mihi satis videtur, quo reges omnium hominum miseriores existant. Nam nec obseruantia, nec honoris reuerentia, illorum presertim qui nos aut non iuuant, aut inuiti seruiũt, grata nobis esse potest. Quinimmo quanquàm hoc sepe fieri intelligamus, ut qui maximè principes suos timent, hi eos oderunt, hi maxime eos obseruent, colant, venerentur, munera mittãt, assurgant, & ea tamen non amor, sed timor compellit, licet hæc omnia seruitutis sint signa. Veri enim honores alijs ex causis gignuntur. Et vt finem miserijs huius status imponam, in eo rapinas, depredationes reperiri libet, vt

de eis propheta dicere videatur, in medio po puli principes eius quasi lupi rapientes predam: in eo iniurias, in eo vindictas, in eo spes anxias, in eo honores vanos, cupiditates, furores. In eo nulla est quies, nulla animi tranquillitas, in eo paucorum est subuentio multorum oppressio, paucis gaudium, multis opprobrium, quibusdam premium, plurimis supplicium, omnibus labor, sibi pœna, & crux atque (ut cuncta uno claudam verbo) rex in regno, sentina est in naui, in quam vnam omnium officinarum sordes, miseriæ calamitates, & spurcitiæ decoquuntur, ac infœliciter reducuntur. Demum, illorum infœlicissimas miserias agnosces si de successoribus cogitabis. Nam quidam, inquit sapiens, quis potentior fuit Alexandro, ei tamen successisse legitur non suus, sed alterius filius. Successorem Iulio Cæsari non fecit natura, sed adoptio. Imperialis domus totum relege atq; reuolue progressum, reperies quia perijt memoria eorum cum sonitu, transiui, & ecce nō sunt, nec inuentus est locus eorum, & ad inferos descēdentes, eiusq; hæredes, aut ignoti aut extranei, ne dixerim hostes successerunt. Rursus si cœlesti, ac æterna fęlicitate reges dignos putas, rectè intelligis, si qua premio digna agāt Fœlix ille, sed quis est, & laudabimus eum. Rarus vt fenix est. Nec ab re sapiēs Salomō, & rex tanta regum expertus pericula, dicebat, præter paucos omnes reges commiserūt peccatum, & reliquerunt legem potentis, gloriam perdiderunt. Vnde Isidorus: difficile est principem regredi ad melius, si vitij fuerit implicatus: quod per abruptū licentiæ in omne facinus vitiorum labitur, & quanto excelsior, tanto peccatum grauius: quia potentes potenter tormenta patientur. Omnes namq; peccatores quos sub se in vita habuit, in futuro seculo supra se pelagi pęna habebit. Vnus ex sanctis tractatoribus dicebat: miror si

Ezec.22. f
Psal. 9. b
Psal. 36. g
Eccl. 31. a
Eccl. 49. b
Sapiē. 6. a

quem contingat saluari, ex his qui principantur in tantis ruinis, & tanta pigritia. Video tamen eos currentes, & sponte se in aperta pericula iactantes. Hinc in euangelio scribitur. Emi villam quam multo labore acquisiui, id est, pręcio animæ comparaui.

Luc.24. d

Hæc sunt igitur præmia status regalis, hæc gloria, hæc excellentia. Ascende igitur quicunque es, placet ascende, sed ea lege, vt leges, naturamq; sedis patiaris.

CAPITVLVM TERTIVM, de curialibus, & de exercitio & vita, & moribus illorum, & de aliorum potētum, ducum, comitum, & baronum, cęterorumq; qui principum fauores, & officia sequuntur: & de laudibus, & commendatione huius status.



LORIOSA plurimum Cæsarum atque regum, amici semper fuit. vbi enim eminens est, atque excellens totius humani honoris & gloriæ mundanæ culmen, ibi ingens gloria, ibi sempiterna nominis, & honoris fama, vt comparetur, necesse est. Si itaque regis amicitia, aut fauor arridet, plerunque breui laboris, & tēporis compendio, immensa præmia homines consequentur. Et sic cuiusque sors ea est, vt principi charus existat, æternum sibi, & tandem suæ posteritati, familiæ, generique nomen: deinde honoris, & gloriæ perpetuum monumentum relinquit. Nam vt aiunt, alibi negociari, fortunā ferre est, cū regibus vero amicari, supra fortunā ascendere est. Pro igitꝰ hac consequēda, omnis humanus animus impendēdus est, veluti quæ dignitates summas, quæ opes, quæ honores, quæ denique famā, & perpetui nominis gloriam, laudem, & præconium, suis sectatoribus præstat. Quid enim dignitate, gloria, & honore præstantius?

Quid generoso, & animo nobili auidiusex optari potest? Hinc Seneca noster, cordubum pro immenso munere habiturum se gratiam, & famam apud posteros precabatur. Et Statius, præsentem honoris & famæ gloriam, benignum inter operibus suis ad futuros statuisse dicebat. Et Ouidius Naso, sibi nomē indebile futurū, seq; ore populi legendū, prædicādumq; lætabatur: diceba t denique nō paruas animo dat gloria vires, & fœcunda facit pectora honoris amor. Ad quā vtique rem nos vehementer natura ipsa inuitat. Nam vt Policratus ait, & ante vnus ex philosophis dixerat, non caret ministerio, quod honor cum h, litera describitur, quæ non nisi quadam vehemēti cordis nostri aspiratione pronuntiari ualet. Quo aperte monstratur, naturali quodam impetu atque desiderio hominibus insitum esse, ad honorem & gloriam aspirare. Denique Aristotelem non parum honoris & laudis præconium assecutum legimus, ex eius ad Alexandrum amicitia. Et Senecam, non mediocrem amplitudinis & decoris laudem adeptum nouimus, ex Claudij Neronis ad eum affectu. Sed & Virgilius, ex ea apud Cæsarem familiaritate per omnia secula se victurum præsagit. Sed quid hæc cōmemorās, cunctos certe quos sublimes, quos excellentes, quos honore, laude, & fama viros præstantes aspicimus, non nisi apud reges tales effecisse liquido comperiemus. Nec enim ab re laudata illa in sacris literis regina Saba, beatos & fœlices dicebat, non modo eos q Salomoni regi assistebāt, sed & qui ei obsequebantur. Ex quibus liquido constat, quam honorabilis sit vitæ formula, in regum curijs versari. Hæc & similia amici suadebant, vt hoc viuendi genus diligerem.

CAPITVLVM QVARTVM, de laboribus, oneribus, incommodis, ac periculis potentum curialiũ ac fauores, curias, seu officia principum sequentium. In quo capitulo, & tribus rubricellis sequentibus specialiter agit de septem vitijs, quæ officiales regum & curiales comitantur. Agit etiam de calamitatibus procuratorum regum, & alia officia exercentium, & an in curijs regum acquiratur verus honor.

TREMEBAT stupida bona mater hæc audiens, clamabat alta voce latere sub herba anguem, nec vt dicebat, venena dantur nisi melle circumlinita. Et quanquam potentum, ac curialium vita, à prælocutoribus plurimum laudata existat, sub eius tamen fronte plurima latere incommoda, atq; pericula asserebat. Verum in primis id Suetonij sæpe a sapientibus audisse dicebat, quoniam qui carus est regibus, vilis ẽ sibi anima, vilis quies, vilis securitas, ocium atque virtus. Iunge his commune periculum omnium qui principibus seruiunt. De quo Crispus ait. Nam regibus tam boni quã mali, suspectiores sunt. Semper enim, vt aiunt, principibus aliena virtus formidolosa est. Id autem quod de amicitijs priscorum principum ad quosdam commemoratum est, propositũ aptissime probare videtur. Quis carior apud Alexandrum Aristotele? Quis apud Cæsarem Claudium Nerone, Lucio Seneca? Quis apud Tiberium, Serano? Quorum ruinã nouimus. Vt enim sapiens quidam dicebat, melius quisque regibus incognitus foret quam amatus. Et iterum. In regibus par malum est, si quem oderint aut diligant nisi quod odium fugat: amor detinet. Quod si laboribus, si sudore, si periculis plurimis regi carum se quis futurũ putat, cogitet longe tutius erit, longeq; faci-

Nota

lius,regis superni & cōditoris omnium amicitiam tantopere quæsisse. Rursus si pro hodierna temporis malitia, quæ vera sit breuis & rara amicitia est, quis tam imprudens est atque insulsus,qui sibi regum duraturas, firmasq; amicitias putet,aut potius fingat. Cogitet quid inde ad eos quos diligere simulat, quos certe fortunæ splendor, timorq; animi omnium inæqualium facit contemptores. Adde,quia vt fortuna instabilis, sic principū voluntas varia & inconstans est, quanquam stante perseuerātia,res ipsa, boni modicum, mali vero atque periculi multum habet. Denique bonam sibi spem promittunt, qui regibus famulantur. Quis enim tam imprudens videri cupit,qui sibi spem ponit in tanta tempestate? Sed verum est quia vt noster Quintilianus ait,veluti,multa timentur quæ optanda sunt, sic multa sperantur quæ timenda essent. Qui ergo principum fauores desiderat, quid nisi libertate,ocio,vitæ securitate, amicitia,priuari desiderat? Forte in talem quis principem sperat,à quo facile falli aut damnari potest. Mobilis est enim cuiuslibet principis animus, & tanto mobilior, quanto à pluribus concutitur. Nec enim propter rerū varietates cuncta ratione ponderat. Et quod cunctos mortales à regum amicitijs auertere iuste deberet,illud eis commune est, quia plerunque non qui plus habent sapiētiæ aut virtutis,sed qui plus ingenio aut artibus modulatur,sed qui plus adulatur, ille gratie fauoriq; proximus habetur. Sed si cætera sileam, quis nisi demens aut rerum expers, regum fauores tantopere desiderat, in quibus non nisi varios rerum motus,vrbium mutationes,pestiferas nouitates,famem, bella, discordias, in dies conspicimus.Si igitur hæc tibi placent, ad regum amicitias aspira.

Nota de instabilitate principum

De periculo, & laboribus officialium regum, ſpecialiter, de corundem principum procuratoribus.

FOrtaſſe dies videmus paſsim ad honorandа regis officia, aut rerum ſuarum vtiliora miniſteria, omnem fere hominem etiam podagra, & quouis articulari morbo ligatũ, velociſsime atque auidiſsime currere. Ex quibus honor vtilitas, nobilitas libertas, ſtatus, ſecuritas, mortalibus indubiè proueniũt. Sed niſi fallor erras grauiſsimè. Quid enim ſi regis procurator, aut rerũ ei⁹ geſtor exiſtas, nũ q̃d putas ideo ei carior, tibi vtilior eris? Volo cõſideres, quia illius gerere negocia laborioſum eſt, cui placuiſſe ꝑpetua ſeruitus eſt, diſplicuiſſe diſcrimen, ſupplicium graue, & quod grauius eſt, paratum eſt pro leui offenſione ſupplicium. Adde, quia qui regis procurationem ſuſcipit, neceſſe eſt multis diſpliceat, & tandem domino. Rurſus periculoſius deo diſpliceat neceſſe eſt. Nanq; regis iuſſu, aut eius emolumenti gratia, enormia regno mala & ingentia multorum dãna, vel perpetrare, vel diſsimilari eum oportet. Sed nec id puto tacẽdum, quia qui regis gerit negocia, qua die id infœlix officiũ ſuſcepit, ea die ſibi viuere deſijt, omniſq; libertas, omnis quies, omnis iocunditas abierunt, pro quibus innumeros labores, afflictiones, & mordaces linguas, & vltra vires curas, ſibi gratis permutauit. Infœlix certè exercitium: nã qui vnius eſt procurator multorum hoſtis eſt, & dum regi placet, regno infeſtus eſt, quippe quem explere oportet, quicquid ſibi iniungatur à rege, etiamſi in aliorum perniciem tendat. Et vt pauca agam, regis procuratio honorabile exilium eſt, honorabilis certè titulus, ſed difficilis ratio. Et ſub iudice ventilanda, coram qua habebis accuſatores multos excuſatores nullos. Et quod pernicioſius eſt, imple

implebis domum tuam vento, & fama fallarum diuitiarum, alienas autem veris.

De periculo & labore officialium, & dilectorum regum, & principum.

Alia præterea discute, & perquire regum officia, administrationes, curas omnes. Id idem reperies, quæ etsi non ignoremus ea omnia periculis plena esse, cernimus tamen à multis sæpe esse optata, sæpe magnis empta pecunijs, quæsitaque periculis. Sicque tam cæca est mens hominum, vt periculis ematur periculum, precibus atque laboribus comparetur discrimen. Nec enim in illis deest pecunia, sed deest virtus: non deest fastus, sed deest castus: non deest sublimis: sed deest humilis: non deest adulator, sed deest veritatis amator: non deest seruus fraudator, sed deest rectus consiliator.

Taceo septem illa funestissima vitia, quæ palatinos, regumque officiales infallibiliter comitantur. Primum quidem, honorum dignitatumq; ambitio est. Nam teste Cicerone, difficile potestatem cupienti seruare æquitatem. Et sequitur, facillimè impellitur ad res iniustas, qui fauoris & gloriç cupidus est, locus enim aulæ lubricus est. Secundo regios fauores sequentibus, mendosa, & seductoria adulatio familiarissima est. Habet enim, vt inquit, Policratus, curialium adulatio comites, dolum fraudem, proditionem, mendacium. Hic est ille liquor olei fœdissimus, quo curiales vngunt caput regis, vt eũ decipient. Qui ad eos cum sancto rege Dauid dicere debet, oleũ peccatoris non impinguet caput meum. Ab his iniquissimis adulatoribus, laudatur peccator in desiderijs suis. Tertium vitiũ regis domesticos comitatur, videlicet, fœda atq; improba munerum receptio. Quæ (vt scriptura ait) excęcant sapientes, & subuertunt verba iustorum. Sine his certè

Psal. 140. b

Psal. 9. d

Exo. 23. a

quottidianis distributionibus, qui principi assistunt, qui rerum suarum curā gerunt, vix viuere possunt. Nam teste Seneca, velut canes acerrimi, non nisi oblato cibo mansuescunt, nec aliter palatini quenquam audire, minus exaudire volunt. Quinimmo, teste Plinio, veluti quidam sunt homines fascinantes voce, alij qui videndo interimunt, maximè quos irati conspiciunt, sic palatini fascinantur pestilentius quos intuentur. Hi enim ad se venientes, non modo loquendo, sed vacuos videndo interimūt. Vnde Policratus ait: quia curiales & medici, in eo cōueniunt, quia vendunt verba sua, prope aliquando precium recipiunt, vt taceant. Mirum prodigiosumque hominum genus, in cæteris vitę modis quidā operas, nunquā verò verba ipsa vendunt. Hi etiam silentium. Alij vendunt quod est in rerum natura, hi quod nihil est, magno distrahunt precio. Et vt paucis agam, palatini libera illa atque gratuita sensuum corporalium officia, aliquando etiam vt illa non exerceāt, vendūt. Vt si te letè vident, aut gratè audiūt, vel loquuntur, euestigio vero si te toruo gestu conspiciunt, vel audiunt, aut non loquantur, cogeris miser vtroque euentu propinare, vt vel augeas fauoris affectum, vel tollas amoris defectum.

4 Adde quartum palatini vitium, videlicet improbam officiorum venditionem. De qua Policratus ait: improbitas curialium eo vsq; annotuit, vt de testimonio conscientiæ, de venustate morum, de odore opinionis, de synceritate causæ, de torrente eloquentiæ, nisi precio interueniente quis frustra confidatur, secundum illud Ouidij: ipse licet venias, musis comitatus homere, si nihil attuleris, ibis homere foras. Quintum Aulistarum vitium nō 5 cæteris funestius, simulata, videlicet, amicitiæ fictio. Fingunt se palatini multos amare, qui omnes odiunt: quod cum facto opus

est, facile comperies. Nam vt ait Iuuenalis, quantum quisque sua nummorum seruat in arca, tantum habet & fidei: hinc Tullius, veræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in his, qui in honoribus versantur. Et Seneca, errat qui in aula quærit amicum.

Sextum palatinorum vitium his proximũ est, videlicet, versuta machinatio ad extorquendum, & pauperes expoliandũ. Inueniunt namq; qui principibus assistunt plurimas extorquendi vias. Quos hiero. asserit crudeliores esse leonibus & lincibus: qui licet ore rabido deuorant, tandiu tamen memoriam depredandi non perdunt, quandiu venter est vacuus. Vbi vero pasta est sanguine seueritas, cum saturitate succedit obliuio. Septimum palatinorum vitium, est comessationum, libidinum, & voluptatum vacatio, quos signat Isaias: qui consurgunt mane ad ebrietatem sectandam, & potentes sunt ad bibendum vinum, & fortes ad miscendûm ebrietatem: de nocte diem faciunt, & nocte vigilant. Hos dicit Seneca: vomere vt edant, quorum palatus non nisi ad preciosas escas excitatur: & tandem venter vino æstuans, vacet libidini. Agã ergo finem, & dicam cũ Bernardo, ad eosque regum amicitias sequuntur. Tu in curia principum sedes, cum diuitibus in occultis, vt interficias innocentem. Denique insidiaris vt rapias pauperem, ibi dextra tua repleta est muneribus. Ibi res pauperũ violenter rapiuntur. Ibi laudatur peccator in desiderijs animę suæ, & iniquus benedicitur. Ibi laudas quod non debes, operaris quod non licet, loqueris, quod non decet. Hæc igitur studia hi mores, hæ artes officialium regum, hæc exercitia palatinorum, & eorum qui regum fauores, & amicitias sequuntur. Hac igitur lege ascende si placet, ad tantam potentiam, aut ad tantam dementiam.

Esai. 5. c

Psal. 9. e

Psal. 9. c

An verus honor acquiratur in curijs regum & principum.

RVrsus auditas forte consequendi honores, te trahet ad regum amicitias appetendas. Dices enim honorem esse de genere bonorum, & teste tuo philosopho, per se ab honestis viris expetendum fore, qui non nisi ex principum amicitijs prouenire solet, veluti in quibus, & ex quibus cunctarum dignitatum, & honorum cumulus residet, atq; dependet, sed & ad cæteros deriuatur. Ad quæ ego paucis respondebo: Crede itaq; mihi fili mi, quia teste tuo Cicerone, homo qui summa vanitate versatur, nullam effigiem veræ virtutis, sed vmbrã sectatur. Est enim honor ipse & gloria, solida quædam res & expressa, non obumbrata. Ille enim verus est honor, illa vera laudis & famæ gloria, quæ ex meritis ac virtute constat, plerunq; in his, qui auram fauoris principum sectantur, familiaris est gloriæ vanitas. Quinimo nonnunquam vitiorum laudatrix est fama popularis. Vnde Socrates vt inquit Valerius, eos honorem verum consequi posse ait, qui id agunt, vt quales videri cupiunt, tales ipsi essent. Prudens enim vir, vt inquit Bernardus, laboris sui fructum, non in honore, non in fama, quã multi sæpe falso acquirunt, sed in conscientia ponit. Hinc Augustinus cõscientia attendere nos iubet, non quidem honoris famam. Hic enim falli potest, conscientia nunquam. Rursus nec dignitatum maximarum culmen lætari recte possunt, qui regum amicitias & fauores quæritant. Dignitas enim (vt inquit Tullius) honesta, cultu, ac virtute, & honore digna est auctoritas: quæ cum aliunde prouenit, non dignitas, sed dignitatis vsurpatio, appellanda est. Hinc Boetius: nunquam virtutibus, ex dignitatibus honor accedit, sed potius ex virtute dignitati honor accrescit. Nam collata improbis dignitas non modo

efficit indignos, ſed prodit potius & oſtendit. Accedit, quia regiam vmbram ſequentes, plerumque non virtute, ſed vitio, non merito, ſed precio, non electione, ſed adulatione, dignitates aſſequuntur. Quare ex eis honorem, verum eos conſequi non poſſe, perlucidum eſt.

CAPITVLVM QVINTVM, de nobilitate generis, & ſcientiæ, ac morum, & quomodo ortum habuit: & an a regum & principum ſola voluntate, & conceſſione, rectè acquiratur nobilitas.

PLVRIMVM falluntur, qui generis claritatem (quam nobilitatem vocamus) ex ſola principum amicitia, fauore, aut largitate quærunt. Pro cuius rei apertiori cognitione, aliqua de nobilitate non ſatis à modernis tacta, breuius quam rei magnitudo expoſcit, diſſeremus. In primis igitur pretermittemus de illa nobilitate dicere, quam theologicam, aut ſupernaturalem vocant: qua quis Dei gratia acceptus eſt illi, ſed nec de naturali nobilitate tangemus, qua aut liber, aut ingenio, vel intellectu callens, nobilis appellatur. Agemus itaque de ea carnis nobilitate, qua quis vltra plebeos homines dignior, acceptior, atque honorabilior reputatur, quam nonnulli nobilitatem politicam appellāt. Inquiremus igitur primo q̄d ſit ea carnis nobilitas: demum quādo quomodo, & per quæ, & qualia media acquiratur. Omiſſis itaque plurimis quæ in ea re adduci poſſent, ſatis nobis eſt Ariſtotelis amplecti ſententiam. Is enim in rhetoricis nobilitatem idem eſſe voluit, quod uirtus generis. Ex eo quidem appellamus quoſdam nobiles, qui ex honorabili genere ortum trahunt. Genus vero ea ratione honorabile dicitur, quia ab antiquo multi ex ea ꝓgenie inſignes

& honorati processerunt. Et vt agamus breuius, ingenuitas ista politica, quā vulgus nobilitatem appellat, nihil aliud fore creditur, quam ex aliquo antiquo genere, & honorata prosapia processisse: in qua ab antiquo pluri mi euasere insignes, & honorati viri: aut in principando, vel præsidendo, aut alios publicos & honestos actus, vel principis iussu, vel populi assensu exercendo. Nec huic sententię idem philosophus contradicere videtur, cui noster Seneca satis assentit. Hi enim nobilitatem antiquatas dicunt esse diuitias. Quod putamus ideo dictum esse, quia secundum cōmunem hominum opinionem, omnia mensurantur nummismate, vt verum sit quod sapiēs

Ecc.10.d ait: quia pecuniæ obediunt omnia. quo fit, vt pecunia ipsa precium esse videatur cuiusque rei. Ex hoc enim quod aliqui sunt diuites, facile reputantur digni ad principandum, seu in populis præsidendum, & eoipso creduntur esse insignes, & honore digni. Ex qua re inoleuit eundem philosophum, & sapientes dicere: nobilitatem esse antiquatas diuitias, non vtique vt solæ antiquæ diuitię simpliciter nobilitatem pariant: sed vt idem philosophus in quinto politicorum ait: exigitur quod simul cum diuitijs assistant progenitorum virtus, & merita, eo modo quo diximus. Sunt itaque diuitiæ non formaliter inducentes claritudinem generis, sed instrumentaliter, tanquam signum nobilitatis. Sed nec aliō mysterio vacat, quod ipse philosophus & sapientes, nobilitatem antiquatas diuitias dixerunt, vt videlicet, recētes diuitias, ad nobilitatem causandam minime sufficere demonstrarent. Cuius causam idem philosophus in rhetoricis pulchre assignat. Ait enim quia nuper ditatum esse, est quędam ineruditio diuitiarum, eá de re philosophus ipse tales nuper ditatos, fortunatos insensatos rēcte vocat. Recētes enim ditati, nesciunt formare, nec dirigere po-

na fortunæ ad opera virtuosa, sicut antiquitus ditati, qui insignes fuerunt atque diuitijs, & potentia, & alijs bonis fortunæ, virtuose & temperate vsi sunt, volentes à suis degenerare progenitoribus. Ex quo illud apertissimum videtur, quia nuper ditati, non recte nobiles dici possunt: pro eo quod non ex insigni genere, nec ex antiquis diuitibus, virtuose operantibus processere. Et simili modo aliqui recte nobiles esse possunt, qui ex nobili antiqua prosapia sunt geniti, licet ex aliquo infortunio non sint diuites, sicut illi qui nup ditati sunt. Sed prædictis philosophorum sententijs pulchrum est sacrarum scripturarum testimonia addere, a quibus omnis sapientia deriuata est. Illud enim primo roborat rex, & propheta Dauid. nam patrum merita posteros nobilitate asserit, cum ait: potēs in terra erit semen eius. Et statim subijcit: gloria & diuitiæ in domo eius, id est, posteritate, quasi dixerit: Quia ob parentum præclara gesta, semen eius acquirit potentiam & gloriam nobilitatis, sed & diuitias quæ simul præcipua sunt fundamenta, & partes substantiales nobilitatis generis, vt prædiximus. Rursus scribitur in ecclesiastico deus honorat patrem in filios, & addit benedictio patris firmat domos filiorum, id est, merita clara parentum, quibus benedicuntur, commendantur ac honorantur, firmantq; filios in vera nobilitate carnis. Et sequitur in expresso: gloria enim hominis ex honore parentum, & dedecus filij, pater sine honore. Quæ pulchra sententia insinuat gloriam nobilitatis quam maxime pēdere ex parentum honore: veluti econtrario, ignobilitas & dedecus, filios sequitur, si illorum patres segnes, & minime honorati fuerint. Et hoc iterum idem sapiens confirmat, cum subijcit gloria diuitum honoratorum apprehendet & filios, videlicet, in gloria nobilitatis. Liquido igitur demoustratur, quia

Psal. 111. a

Eccl. 3. a

verã carnis nobilitatem non solæ diuitiæ generant: quia scriptum est: nõ magnificauit virum peccatorem diuitem. Itaque virtus, merita, & præclara parentum gesta, quæ eos insignes & honorabiles reddiderunt, veram carnis ingenuitatem ad posteros transmittunt. Sed & positiua iura, ea quæ dicta sunt quam maxime confirmant, veluti quæ si recta iura sunt, à diuino iure, moraliq; & politica doctrina, discrepare minime conuenit. Habent enim nobilitatem ex tribus confici natalium antiquitate, honoribus, & diuitijs: licet diuerso modo, vt prædiximus, quæ omnia vt notissima pertranseo. Ex quibus liquido intueri vnusquisque potest, quod non rectè dici possit princeps sua voluntate eos afficere posse nobiles, qui ex plebeis orti sunt parentibus. Requisitus quadam die, atque plurimum lacessitus Sigismundus Cæsar, à quodam plebeo sibi admodum dilecto, vt illum nobilem faceret, non insulse, sed docte simul & facete respondit, diuitem inquit, aut exẽptum te facere possum, nobilem vero minime, vt antiquatas diuitias, longe namq; ingenuitatem, non, recentem principis gratiam veros efficere nobiles demonstraret, qui plerunq; nulla obsistente virtutis ac probitatis causa, plurimos claros fecisse arbitrantur, quos potius exemptos, quam ingenuos dixerim. Politica igitur atque ista vulgata generis claritas, nõ alieno priuilegio, sed priscorum probitate, & virtutis opere comparatur. Quæ quanto antiquior, tanto nobilior, & magis relucet a parentibus relicta, quam à principe sine virtute donata, Sed teste philosopho, ideo nobilitas in antiquitate laudatur, quia in eis antiqua fuit virtus. Nec propterea illud nego, quia nobilitas carnis tempore incipit, & tempore desinit, & veluti incipit probitate parentum, cessat & vitijs successorum: adeo vt plerunq; claritatem, quã lõga tempora produxerunt,

Eccl.10. c

vna dies perimat. De q̃bus rectè dici posset, quia cum se nobiles fingunt, tunc tales esse desinunt. Fateor etiam plurimos fore qui stre nuitate, virtute, opera in remp. collata meruerunt, vt nobiles sint cum fiunt, non cum nascuntur. Quibus etsi priscorum suorum clara facinora desint, iuuat propria strenuitas, & propria virtus, quia vt aiunt, nesciunt cur ad nobilitatis actus magis inuitet aliena, q̄ sua probitas, aut potius moueant defunctorum, quam viuorum præsentiumq; exempla, vt in octauo capitulo in fine dicemus. Sed certe tales verius nobiles esse incipere, quam plene perfecteq; claros esse dixerim. Putarũt ergo ex præmissis plerique sapientes non insulse, Cæsarem aut regem, plebeum hominẽ, verum nobilem facere nõ posse: cum nobilitas ipsa carnis a progenitoribus, naturaliter in posteros procedere videatur. Idq; in Ecclesiastico sapiens affirmare videtur. Ait. n. quasi in eodem casu dixerit: Noli quærere ab homine dignitatem, nec à rege honorem, scilicet, nobilitatis & claritatis. Non te iustifices ante deum, quoniam agnitor cordis ipse est, & penes regem noli velle videre sapiens. Noli quærere fieri index nisi valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Accedit ad hoc: quia constat principem mutare non posse naturæ cursum, nec nostrum affirmare aut negare, aliquid mutat in re ipsa. Putamus cum distinguendum. Nam si loquimur de nobilitate ad progenitores relata, quia natus aliquis est de non nobili parentela planum fore credimus talẽ impossibile fore per principem nobilem fieri posse, tanquam ex nobili prosapia, cum illa præsuppo nat iam diu factam esse, nec fieri modo potest. Cum vero loquimur de nobilitate ad seipsum relata, tunc putamus regem aut principem nobiles facere posse. Nam creabit cum

Eccl. 7. a

militem, demum decorabit eum præfectura vel dignitate. Quo casu posteros vere nobilitabit, ipse vero nobilis esse incipiet, qui ignobilis esse desijt. Itaque honor illius auctus est, sed conditio non mutatur. Habebitq; quandam nobilitatis imaginem, tamen quo ad vulgi opinioné, aut plebeus manebit, aut præteritę ignobilitatis vestigia, non vsquequaque cessabunt. Quam quidem opinionem princeps mutare aut delere nequaquam potest. Nec obstare videtur quod dici potest, quia talis nobilitas per principem ex mera gratia concedentis indulgetur, non quidem ex meritis, aut antiqua prosapia parentum: quia dicimus, licet ea nobilitas ex voluntate dependeat concedentis, terminatur tamen in illius personam, qui debet nobilis effici. Incipit ergo à progenitoribus. Quare talé appellare solemus nobilem factum, non natum.

CAPITVLVM SEXTVM, de multiplici nobilitate, & an sola generis nobilitas in deferédis honoribus & præmijs, præferatur strenuitati, aut scientiæ, vel virtuti hominis ignobilis generis.



OBILITATIS igitur generis dum vim atque naturam inquirimus, pulchrum erit vt id inuestigemus, in quo plurimorũ oberrarunt ingenia. Sæpe quidem non ab re etiam sapientes ipsi dubitarũt, quænã harũ nobilitatum alteri, in huius seculi assequendis, aut promerendis honoribus, seu deferendis præmijs præferat: an ea quæ solum ex genere hominibus prouenit, an altera ex virtutibus, scientia & meritis, cõparata. Quid enim si quis in armis strenuus, fortis prudens, non tamen genere nobilis, cũ alio concurrat, qui genere clarus est, sed obscurus meritis? Aut quid si sapiens ignobilis,

cum nobili super dignitate decertat? Quibusdam certe videtur nobilitati antiqui generis simpliciter deferendum, primo ob suorum in rempub. merita. Eo præsertim, quia ius naturale nobili opitulari videtur. Constat enim ingenuitatem naturalem potiora iura obtinere quauis accidentali nobilitate. Rursus vt est philosophi in ethicis sententia, nonnulli sunt virtutibus præditi, tamen nobilitate priuati. Facile enim reperiri libet rusticum, aut plebeum fortem, prudentem animosum, in his quæ ei congruunt, principari tamen, aut præsidere nesciret. Denique non videtur nobilitatem perdi posse per vitia filiorum. Nam sapiens in Ecclesiaste ait. A principe stultum positum in sublimi dignitate. Ex quo innuit nobilem esse licet stultum. Demum eam partem philosophus tueri videtur, qui in Politi. ait: ingenuitatem clari generis esse opus laudabile. Constant enim ex operibus laude dignis, deberi honoris præmium & reuerentiam. Postremò philosophus ipse, & alij sapientes, nobilitatem ipsam antiquatas diuitias definierunt: nec alijs virtutis amminiculis opus esse. Econtra, quibusdam videtur ignobilem progenie, tamen actu strenuum, fortem, & prudentem, longe fortius sapientem nobili generis præferendum. Vt enim ait, laureatus Petrarcha, & ab alio sapiente didicit, quanto sit nobilior, rusticus vir fortis, quam ignauus nobilis, illud nobis aperte demonstrat, si mente pensamus, quanto sit melius nobilitatem fundare quam euertere. Sed & qui eam partem tuentur, aiunt, quia iuxta philosophum in Politicis, dignitas, & honor ad quam nobilitas ordinatur, præcipue distribui debet secundum proportionem, & excessum bonorum animæ, non secundum excessum bonorum corporis. Cuius causam idem Aristoteles in primo Politicorum assignat, videlicet,

Ecc.10. a

quia talibus bonis corporis & fortunæ contingit male & bene vti. Quo fit vt non recte in eis vera possit locari nobilitas, licet organice talia bona eam ipsam ingenuitatem cōdecoret. Si enim in exterioribus fortunæ bonis, nobilitas consisteret, tunc quanto ditior quis foret, tāto esset nobilior. Quod asserere nihil aliud est quam illam falsam, sed facetā cuiusdam mulieris amplecti opinionē, quam philosophus in rhetoricis refert: quia cū interrogaretur an optaret filium sapiētem vel diuitem, illa respondit: optimam certe fore sapientiam, videbat tamen sapientes ipsos, diuitum ianuas frequentare, & non econtra. Cum igitur nobilitas inter extrinseca bona computetur, constat nullum propter eam solam honorandum fore. Et hoc est quod Aristote. ipse subijcit, inquiens, potius homines honorandos esse propter intrinseca, quam extrinseca bona. Adijciens, quia nobilitas sola progenitorum, non facit formaliter hominē clarum. Adde, quia fœlicitas ad quam omnis humanus animus suspirat, nequaquam consistit in his exterioribus bonis; nobilitatem vero nemo negabit esse aliq̄d fœlicitatis, quod ipse philosophus testatur inquiens nobiles genere fortunatos & fœlices dici. Rursus eā partem roborare videtur naturalis ratio. Si enim genere nobilis tamen vitiosus, plusquā virtuosus ignobilis honoraretur, absurdum admodum sequeretur, videlicet, ꝙ vitia præmiarentur, dignaq; honore forent, & virtutes pellerentur. Quod Aristoteles in politicis damnat, dum regulam tradit, neminem debere honorari, nisi secundum excessum virtutum, quæ sunt bona animæ, vt prædiximus, deniq; ipsa scientia homines nobilitat, vt iura clamant. Hinc lex ciuilis habet. Quia Vlpianus iurisconsultus recte nobilis appellatur, non quidem propter genus, sed propter scientiam, & abundantiam meritorum. Fa-

ciunt plurimum pro hac parte præclara Salustij verba, de q̃bus statim in fine octaui ca. Valida certè vtrinque iacula emittuntur, du biamq; admodum atque ancipitem contro-uersiam agunt. Pro qua diluenda, & veritate elicienda, longa discussione opus esset. Non-nulli enim sibi scioli, quædam dixerunt, quo-rum principia ignorare videntur, dum solum nudas theoricas iuris sequuntur. Ego vero fa-teor me ignorare, cum eis ipsam tamen igno-rantiam explicãdo, putarem recte dici posse, nobilem antiqui generis simpliciter præfe-rendum ignobili, ęqualibus ambobus, scien-tia aut meritis existentibus. Primo quia no-bilis gradum gradui adijcit, vt iura testãtur. si vero esset inæqualitas, non arbitror haben-dam esse rationem nobilitatis. Tanta enim posset esse huius ignobilis strenuitas, & meri torum prærogatiua, & alterius nobilis tãtus vitiorum excessus, quòd secundum omnium opinionem ignobilis merito deberet antefer ri. Primum ipsa lex probat: ait enim quia li-cet qui meritis & labore vicit, præmio quo-que & honore vincere debet, tamẽ quia pro ximis sacrorum scriniorũ genitus reperitur, facilius antefertur: & ita cõsuetudo obtinet. Et in hoc residere videntur nonnullæ positio nes iuristarũ. Licet igitur huiusmodi positio secũdum pręsentem iustitiam vera credatur, eam tamen insufficiẽtem nimisq; generalem dixerim. Qua de re arbitror intelligendam fore, quemadmodum philosophus in politi-cis subtilius explicat. Quid enim si nobilis & ignobilis virtutis & scientiæ æqualia sint me rita, tñ in eo actu aut honore de quo agitur, ignobilis nobilẽ excederet? Pone enim in quit philosophus, vtrunque concurrere ad of ficium fistulandi, aut citharizandi. nemo sa-næ mentis diceret nobilem, quia talem, igno bili in ea re trito præferendum. Nec alter in honoribus principandi aut præsidendi, si-

ignobilis ad eum actum aptior putatur secundum virtutem, licet à nobili nedum nobilitate carnis, sed in quibusdam alijs meritis excedatur, tamen rectè quo ad illum actum præferendus est ignobilis. Cui sententiæ nonnulli iuris diuini, & humani interpretes annuere videntur. Aiunt enim aliquando nobilitatem carnis præferendam scientiæ, etiam in ecclesiasticis honoribus: cum per potentiam nobilium rebelles arceantur qui pacem perturbāt. Nam tales nobiles longe facilius ecclesiam tueri valent: quia (vt aiunt) respu. ecclesiastica non tantum indiget oculo doctrinæ, sed & manu, vt luporum rabies comprimatur. Vbi tamen scientia ad hæreses extirpandas opus esset, præferretur sapiens. Quo sensu intelligenda sunt sacrorum canonum decreta, & sanctorum dicta doctorum: præsertim Hieronymi dicentis, non sanguini, sed vitæ & doctrinæ honores distribuēdos. Sed & illud videlicet, cum scientia hominem nobilitet atque illustret, merito tanquam preciosius & nobilius bonum similiter præferendum credatur carnis nobilitati, tanquam bono corporis. Itaque vtraq; nobilitas excedit, & exceditur secundum æqualitatē, aut inæqualitatem meritorum, & naturā actus in quem concurrūt. Idque paucis, sed sapientibus verbis, Grego. dicere videtur in pastorali, cum ait: quis nescit, in natura gemmarum carbunculus iacincto præfertur, cum rubei coloris iacinctus, præfertur pallenti carbunculo? Quia & illa, quod ordo naturæ subtrahit species coloris adiungit, & hunc quem naturalis ordo prætulit, coloris qualitas defert. Sic itaque intelligenda sunt quæ in oppositum adducuntur. Illa prçsertim, quæ in ecclesiaste habentur. dicebam inquit meliorem esse sapientiam quam
Eccl. 9. b vires. Et rursus, quomodo sapientia pauperis est contenta? Ex quibus facile ad vtrasq; rationes respondere libet: ad eas præsertim, quę

concludere videntur. Quia si natus nobilis, tamen vitiosus, ignobilis virtuoso preferretur, tunc laudaretur atque honoraretur vitium: Quia dicimus eos non honorandos, tanquã formaliter bonos, & virtute præditos, sed tã quam bonos instrumentaliter, & vt signum bonitatis, veluti commendamus vrinam sui natura fœtidam repræsentatione, quia signat bonitatem, id est corporis sanitatem.

CAPITVLVM SEPTIMVM, de laudibus, præconijs & commendatione nobilitatis generis, & de illius virtutibus & vtilitate.

CONSVETVM igitur ordinem sequentes, post præmissa quæ de nobilitate adduximus, afferenda sunt breui sermone paucula ex multis laudum præconia, prærogatiuę, & excellentiæ nobilitatis humanæ: & ilico eiusdem vanitates, incommoda, damna & pericula, afflictiones, & ærũnæ subcinctè recensenda. Et quanquam ex his quæ pauloante tetigimus facile libet attingere, quanta sit huius ingenuitatis excellentia, quanta vis, ex his maxime quæ ilico subijciemus, eiusdem nobilitatis splẽdor, & gloria, vberius resultabit. Hæc certe est illa præclarissima gemmá, humanę naturę diuinitus missa, qua (vt cetera taceã) homo non à casu, non fortuitu, non deniq; ab accidenti, sed ab ipsa rerum natura, dignior, & excellẽtia habetur. Cæteræ quidem humanæ dignitates, honores, cæteraq; bona, homines subsequuntur. Nec vero generosa nobilitas vna cum homine concipitur quippe ante ab ipsa lustratur, quàm a parentibus nascatur. Quod sanctus Patriarcha Iob perpulchre demonstrat, cum ait: gloria eorum à partu, ac ab vtero, & conceptu honor illius. Hinc in ecclesiastico sapiens ait, gloria hominis ex honore pa' Eccl. 3. b

Psal. 81. a tris. Et licet teste propheta, mortales homines natalibus æquales sumus, veluti filij excelsi omnes, adeo vt vnus fons omnium sit, ipsa tamen generosa nobilitas alios alijs præfert. Et iuxta apostolum, velut stella differt à stella, sic gloriosa ingenuitas hominem discernit ab homine: ne pari laude aut honoris premio, perfruantur, qui inæquali virtutum, & generis claritate illustrantur. Quis enim alti seminis propaginem negabit suam nobilitate posteritatem, quam potius exaltat, sicut vilis & abiectus a sua vilescit? Vnde quidam ex sapientibus in versu dicebat: Nobilitas hominis est mens deitatis imago: Nobilitas hominis virtutum clara propago: Nobilitas hominis humilem reuelare iacentem. Nobilitas hominis mentem refrenare furentem: Nobilitas hominis est turpia nulla timere: Nobilitas hominis naturæ iura tenere. Deniq; (vt in rhetoricis philosopho placuit) nobilitati omnes penè virtutes famulantur, ad quas ipsa natura parens peculiarius cæteris nobiles ipsos inclinat. Primo quidem humiles & mansueti nobiles existunt, elationem fugiunt, pro eo maxime, quia eorum progenitores potentia & diuitijs, rectè & moderate vsi fuere. Quo fit, vt non facile superbia inflentur, quemadmodum qui nuper atq; recenter ditati sunt. Secundo nobilitati deseruit magnanimitas, quæ res agit, vt contumeliosi minime existant. Hi enim cum ad magna suspirent, parua iniuria nusquam commouentur, parcunt, indulgent, sufferunt, tanto facilius imbecillibus, quanto resistunt fortius superbis. Tertio nobilitatem conciliat temperantia. Sunt enim nobiles vt plurimum, in reipub. cura occupati, ea de re assueti sunt temperate viuere. Quarto nobilitas est plurimum honoratiua, nec aliorum despectiua: nō enim reputant nobiles alia bona nisi animæ. quare virtuti deditos non despiciunt. Quinto nobi

nobilitatem ipsam prudētia,& industria comitatur: subtilius enim generosi inuestigāt, quid eos agere oporteat: quoniam plurimi illorum opera intuentur,& quicquid agant, qualiter ue domi viuant,quid teneant,vicini omnes nouerunt, & velut exploratores eorū sunt constituti. Quo fit vt solliciti, intenti, prudentes, & cuncta prouidentes existant. Sexto nobilitas affabilis est, & plurimum curialis. Communiter enim versantur in regū domibus,& principum curijs,sicut è vestigio rustici,tanquam solitarij,rudes, & silnestres, in campis viuitant,& ob eam rem, vt philosopho placuit, nequaquam sunt bene conuersatiui. Postremo nobilitas ipsa non solum viuentibus, sed & morientibus, laudes, & præconia parit,nec modo nascendo quæritur,& viuendo conseruatur,quinimo sæpe etiam(ꝙ mirabile est) moriendo augetur. Idq; gloriosius ille Machabeorum dux non negauit, de quo scriptura ait:quia elegit nobiliter mori, potius quam subditum esse peccantibus. 2. Mach. 14. f

CAPITVLVM OCTAVVM, DE Vanitate nobilitatis humanæ,& de vitijs quę eam comitantur: & de plurimis excessibus nobilium,& de falsa nominatione nobilitatis: & de illius incommodis, laboribus, & periculis.



OGIT iam aduersantium turba, vt huius tam laudatæ, ac caducæ,sed inanis carnis nobilitatis vanitatem,ignauiam inconstantiam, cæteraq; incommoda,afflictiones erumnas, & pericula paucula ex multis attingamus. In primis itaque illud vellem semper cunctis mortalibus mēti defixum esse quod vnus ex sapientibus ait: quia si humanæ naturę obscœnam fabricam,

ac turpem materiam cõſpicimus, de terrenæ carnis nobilitate diſputare nil aliud videbitur, quam de ſtercoris, aut luti claritate certare: vnde apud Machabeos ſcribitur: gloria eorum ſtercus, & vermis. Quod & Eſaias nõ ignorauit, cum ait: magiſtratus, & honor illius quaſi lutum. Quid enim ſuperbit terra, & cinis? vnde Chryſoſtomus: vana eſt nobilitas carnis infructuoſa & pudoroſa, atq; nociua, niſi comitetur virtus. Et Boetius: quam (inq̄t) inane, & quam fictile nobilitatis nomen, q̄s non videat? Quare ſplendidum te, ſi tuam non habeas, aliena claritudo non efficit. Et Apuleius in honoribus (inquit) aſſequendis, noli aliena appetere. Aliena voco, quæ parentes pepererunt, cum ridiculoſa iactantia ſit, de alieno gloriari. Et poeta Petrarcha laureatus, ait, Sicut poſterorum maculæ parentibus non obſunt, ſic nec maiorum ſplendor deſcendentes illuſtrat. Vnde ad quẽdam dicebat: mallem per teipſum alij: quam tu per alios noſceris. Et ſubdit: quia mira res eſt id videri cupere, quod non ſunt. Fures, adulteri, tenebras quærunt, ſola hæc vana, & falſa nobilitas (licet vitijs obtenebrata) lucẽ quærit, agnoſci appetit, cui ſanum eſſet conſilium neſciri. Qui ergo veri nobiles eſſe cupiunt, aliquid agant, vt ſint nobiles: quia & maiores ſui (niſi aliquid præclarum egiſſent) nunquam nobiles fuiſſent: demum (vt Hieronymus ait:) nihil aliud video in generis nobilitate appetendum, niſi ꝙ appellati nobiles, quadam neceſſitate conſtringuntur, ne à progenitorum probitate degenerent. Quis tamẽ non videt plurimos filios à ſuorum claritate generaſſe? Quippe qui quãto patres fuere clariores, tãto ipſi euaſere obſcuriores, ut tot labores filij perpeti videantur in ſectandis vitijs, quot patres eorum in ſectãdis virtutibus. Tot denique ſtudia, ſolertias, filij in perdẽda nobilitate impendant, quot illi in acqui-

1. Mach. 2. g

Nota

Eſai. 41. g

renda habuere. Idque, vt quidam sapiens ait, in Africani filio libet intueri: qui licet ex patre clarissimo genitus, plurimis vitijs sorduit. Et si nobilitas per manus tradi potuisset, clarissimum illum Africanus pater effecisset. Verum illum pater potuit amare, sed non potuit illustrare, hæreditatémque vniuersam locupletem quæ sua erat, ei in testamento reliquit, claritudinem dimisisse non valuit. Quæ res apertissime probat: quia aut nobilitas ipsa nihil omnino erat, aut pater qui omnia reliquit, eam in bonis suis non habebat. Falso igitur asseueraretur nobilitatem à parentibus suscepisse, quam ipsi libenter dimisissent, si valuissent, aut habuissent. Omnis successio etiam vilissimarum rerum, iudicio testatoris accipitur, sola nobilitas sua voluntate non transmittitur. O quot patres infinitam suæ lucis eclipsum, in filijs patiuntur: vt verum sit quod scribitur, quia dant maculam gloriæ parentum. Demum quantum discrimini, quantum periculo proximum, sit inconstanti, & volubili rei animum dare, nemo est qui nesciat. Volubilis enim atque inconstans est hæc nobilitas, & omni mobilitate mobilior. Qui enim heri arabat, hodie militat, & qui heri per vrbes medias, aureis habenis superbus incedere, populosq; regere solebat, hodie per squalentem campum pigros boues paruo pugione sollicitat. Seruorum filios in solio sæpe vidimus, & filios regum in ergastulis. Quid ergo tam instabile, quid tam variabile? Quare nobilitatis assentatoribus minime assentiendum puto. Aiunt enim pro eo eam ipsam ingenuitatem, magni fore precij, & quia naturaliter hominibus inest. Ego vero non satis video, quo pacto verum dixerint, quod ex eo primo patet: quia tunc omnes homines nobiles essent. Adde, quia ea verè naturalia sunt, quæ semper & vbiq, insunt, vt phi

Nobilitas volabilis et instabilis

losopho placuit.nobilitas vero tam volubilis est,vt mulier quæ heri clara fuit,hodie sine eius culpa,imo rectè & sanctè agens,si plebeo nupserit,ignobilis efficiatur. Et idem in eo qui propter delictum,nobilitatem perdit. Quo fiet, vt aliqua temporis parte infœlix homo sit nobilis,& alia ignobilis, & è vestigio. Rursus nec omni loco nobilitas inest. Sarracenus enim nobilis, à nobis captus,proculdubio ignobilis erit? quia seruus effectus, & simili modo, si catholicus ab infidelibus capiatur. Denique id ipsum, & in milite conspicimus:non enim militia vbique, & vniformiter nobilitatem efficit. Nam cum de equestri dignitate, leges & ciuilia iura loquũtur, solum milites vrbis Romæ nobiles appellat. Habent denique nobiles quędam peculiaria, sibiq; naturalia (forte dixerim indelebilia) vitia,ad quæ (teste philosopho in rhetoricis) quam maxime natura ipsa inclinatur, ipsi tamen actualiter operantur. Primo quidem nobiles plurimum sunt honoris appetitiui, & ambitiosi. Est enim (vt Aristoteles ait) naturale homines accumulare velle ad id quod habent: quare dum ditari incipiunt, in dies volunt fieri ditiores,& qui honorantur, cupiunt effici honorabiliores. Nobiles vero cũ ex eorũ genere honorabiles videantur, idcirco poptant accumulare ad ea:quę habẽt: conanturq; fieri honorabiliores. Quo fit, ut nimium honoris,& potentiæ sint appetitiui,veluti ad id proximiores. Secundo vituperabile admodum vitium & monstro simile, nobiles ipsi naturaliter amplectuntur. Sunt enim (eodem philosopho teste) adeo elati, vt etiam progenitorum sint vt plurimum despectores. Cuius ea ratio putatur: quoniam se reputant nobiliores,atque maiores, quam eorum patres. Quod ideo contingit,quia (vt idem philosophus subdit) semper nobilitas longe facta maior est quam propinqua. Testis est hu-

ius detestandi facinoris, nobilis ille Alexander magnus, qui rege Philippo & patre vitijs (nescio si uirtutibus) maior extitit, de quo Policratus ait: Quia & si pater plurimis artibus, orbis imperij consequendi fundamenta iecisset, tantam gloriam filius ferre non valebat. Quinimo tam incōtinentissime fuit inuidus paternæ gloriæ, vt cum patris triumphos, virtutes, præclaraque gesta audiret, lachrymas prę dolore extorqueret, easq; despiciebat, forte dixerim minuebat, ac si paterna virtus omnium à se gestorum gloriam eriperet. Eos vero qui talia referebant, proprijs plerunq; manibus interficiebat, aut rapi ad pœnas iubebat. Rursus parua sunt nobilium vitia, quæ tetigimus, nisi alia eis familiarissima addideris. Primo quidem deum & ecclesiam, quæ illos regenerauit, contemnunt: quos cum nobilitas iactura ipse comminatur inquiēs: qui me contemnunt non erunt nobiles. Secundo nullus est illis plerunque in delinquendo pudor, nulla verecundia. Quippe qui falso putant licentiam peccandi, cum carnis ingenuitate impetrasse. Non attendentes, quia (iuxta Ambrosium) verecundia exercendi turpia ingenuos, & claros prodit natales, inuerecundia vero obscuros reddit. Nec aliena virtus à proprijs facinoribus excusat. Hinc nobilis ille senator Boetius: nescio (inquit) quo pacto ex se obscurum aliena claritudo clarum reddat. Recte igitur Apuleius tales vocat sordida loca illuminata, aut vmbras deformes. Et subdit: quia ij nobilitatem ipsam (quæ virtutis instrumentum constituta est) vt scutum, & castrum faciunt, quo cum ea licentius se flagitijs, dedāt, atque defendant. Tertio ingratitudo, & infidelitas plerumque eos comitantur. Vt enim inquit canon: non potest principi esse fidelis, qui deo est infidelis. Si igitur putantes se nobiles, deum (cuius expensis viuunt) diuersis peccatis offendunt, recte ingrati quippe &

1.Re.2. g.

proditores sunt, & merito vilissimi plebei censentur.

4 Quarto (cum verum nobilem facit magnanimitas, qua quis bona corporis, & parua contemnit, & magna videlicet bona animæ appetat) nobiles plerunque parua amplectuntur, & magna negligunt. Quinto munifica liberalitas, quæ maxime nobilibus cōgruit procul est ab eis. Nam cum beatius sit dare quàm accipere, nobiles in eo se ingenuos & claros fore putant, si ab alijs extorquent, si rapiant. Interrogatus quidam sapiens à nonnullis nobilibus, quænam foret verior, maiorque nobilitas. Ille indigentibus (inquit) munifice dare: cui illi acquieuerūt. Rursus sapiēs ipse ad eos, dicite (inquit) versa vice quam putatis viliorem ignobilitatem? Et illi oppositum (inquiunt) sententiæ tuæ. Cum enim summa sit nobilitas munificè dare, consequens erit, vt summa sit rusticitas, atque extrema ignobilitas auferre. Quibus sapiens, verum (inquit) & rectum in caput vestrum iudicium pronunciastis. Cum enim assiduo à pauperibus sua auferatis, viles, & seruiles, sed ignobiles vos ostendistis. Plurima certe detestanda sunt vitia nobilibus coniuncta, atque vnita quæ facilius ab eis committuntur, quàm scriptis quibuslibet referuntur. Et hæc paucis verbis Hiero. explicabat, inquiens, plerunque nobilitas caritis ignobilitatem perit mentis. Liquet igitur ex præmissis quanta sit hominum vanitas, tanta vanitate vexari, si verum est quod scriptura ait: Quia in vanitate sua comprehenditur vir. Comprehenditur inquam homo in sua vanitate, dum plurimis sese periculis subijcit, vt vano, inani, atque nudo nobilitatis nomine se putat decorari, quod in Deute. scriptura luculenter insinuat, inquiens, non est sine periculo, qui super re vana nomen assumpsit. Quid enim vanius, quid funestius, quam de-

Margin notes: Act. 20. g (beside "ctuntur"); Eccl. 3. a (beside "Quia in vanitate"); Deut. 5. b (beside "ne se putat").

meritis parentum gloriari, qui in se sordet? Quid de patrum laude prædicari, qui à suis vitijs deturpatur? Hinc pulchre Salustius in oratione ad Marium. Nam cum æmuli, generis ignobilitatem ei obiecissent, in eos sic inuehit. Quod si me iure, inquit, despiciunt, faciăt idem maioribus suis, quibus (vti mihi) ex virtute, ac præclaris gestis, nobilitas cœpit. si inuident honori meo, ergo inuideant & labori, inuideant innocentiæ, atque periculis meis. Et rursus, nunc videte, inquit, quam inique contemnant, quod enim sibi ex aliena virtute arrogant, id mihi ex mea non concedunt. Scilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est, quam (vt puto) longe satius est peperisse, quam (vt illos) acceptam corrupisse. Et iterum subdit: Non possum fidei causa imagines, neque triumphos, aut consulatus maiorum meorum ostentare. At si res postulet, hastas, vexillum, faleras, alia militaria dona, præterea cicatrices in aduerso corpore, hæ sunt meæ imagines, hæc ingenuitas, non hæreditate relicta, vt illa illis, sed quæ ego meis plurimis laboribus, periculisq; quæsiui. Hæc ille. Hæc paucula de nobilitate, quæ cum via quædam ad armatam militiam existat, ne tu fili charissime, qui militiæ inermi, hucusque vacasti, armatam à te nondum expertam, tanquam virtute carentem omnino despicias. Aut ad illam veluti summam, gloria & honore refertam, indeliberatus aspires. Expediens fore puto, vt huius militaris status & vitæ, primo dulcia, & prospera, deinde amara & afflictiua agnoscas.


Salustius

CAPITVLVM IX. DE ARMATA militia & exercitio armorum, & de laudibus & cõmendatione huius exercitij:& an vacantes armis sint veri ciues,& partes ciuitatis.

PLVRIMA & laudata,præclaraq; exercitia mortalium hominum adinuenit industria. Sed inter illa omnia nihil armata militia excellentius, nihil præclarius & gloriosius. Ea enim exercitatio vtilitate,honore, cæteris præstat. Per militiam si quidem, & armorum exercitium, reip. quies atque salus quæritur,ac cõseruatur: & ab omni hostili vastitate liberatur. Cuius exercitij laudes, vtilitatem primo ipsa humana indigentia demonstrat & extollit: vt enim antiq voluerunt, militia recte manibus comparatur,quæ naturæ imperio parata est ad corpus iuuandum. Sicut enim manus sunt in corpore naturaliter institutę ad repellenda nociua, ad percutienda infestantia,ad attrahenda necessaria, & conseruanda alia membra corporis,illaq; augenda,sic milites ad istam conficiendam remp. pernecessarij existunt. vnde Valerius de necessitate, ac profectu militiæ ait.Disciplina militaris acriter retenta,principatum Italiæ Romano imperio peperit, multarum vrbium,multorum regnorum validissimarum gentium regimen largita est. Præterea sunt aliæ institutionis eius causæ, ortus atque necessaria principia,quæ illius necessitatem præclare ostendunt. Est enim homo ipse imbecillis atque natura infirmus, sibiipsi nequaquam sufficiens Itaque societate & conuentu hominibus opus est, vt quod seorsum agentibus singulis desit,id per mutuam opem de multitudine socia nanciscantur. Hunc cœtum philosophus in Politicis ciuitatem vocat,cuius(vt Hippodamus scripsit) tres cẽsuit partes fore necessarias.Primam quidem agri

cola

colarum,secundam artificum,tertiã propulsatorum belli, & arma tenẽtium. Qui ergo tam præclarum militiæ & armorum initium cernit,nusquam tam insigne exercitium damnabit. Nec enim agricultores, sed nec artifices in ciuitate perstabunt absq; propulsatoribus belli,quorum opera salus ciuitatis, cuncti denique status,& ipsa sacra tuta sunt.Plato etiã in his quos & de rep. scripsit libris, cum cæteros status in ciuitate instituisset, vnum necessarium genus hominum longe cæteris antepos uit,qui arma tenerent, ciuesq; alios ab hostibus defenderent,quibus mirifica priuilegia tribuit,honoreq; & dignitate,cæteros voluit antecellere. Quodq; si minime honorantur,pauci fortes reperientur. Nam(iuxta sententiam Aristo.) apud illos inueniuntur fortes milites & tyrones, apud quos fortissimi quique honorantur, & Cicero:iacent ea semper & parum vigent, quæ apud quosque improbantur. Ea ergo respu. tyrannidem sapit, quæ fortes aut sapientes minime honorat. Quis enim clarissimos milites non cunctis anteponet, quorum pietas in patriam studiosa est, & mors pro illius salute sæpe ab eis offertur? Hinc Bruti,Publicolæ, Camilli, Scipiones celebrantur. Si enim milites in rep. deessent,virgines passim raperentur,matres familias ad libidinem traherentur, sacra simul & profana pollucrentur, tandemq; cuncta cædibus & incendijs (misera quadam conditione) miscerentur, & tandem quicquid prauis hominibus liberet, id innoxios atq; innocentes pati oporteret Has vitæ militaris & bellicæ vtilitates Aristot. conspiciens,in septimo Politicorum ait. Quam merito bellicis artibus vacantes proprie sunt partes ciuitatis, & eos veros ciues appellat. Subdit enim ꝙ prædicti bellici homines,item consiliatiui, iudicatiui, ac etiam sacerdotes, sunt vere partes ciuitatis. Mercatores vero inquãtum tales, & Agri



colæ, at artifices, mechanici, & mercenarij, quantumcunque sint diuites, licet necessarij sint in ciuitate, non tamen sunt vere partes, nec ciues illius. Cuius ratio est, secundum eundem philosophum, quia potissima causa & ratio quare quis est ciuis, aut pars ciuitatis quærenda est ex ratione totius ciuitatis. Et ratio totius ciuitatis quærenda est ex fine, ad quem tendit omnis bene ordinata politica, quæ est fœlicitas, velut finis totius reip. Constat enim impossibile esse fœlicitatē sine virtute existere, quæ est principium eius. Itaque non facit ciuitatem, neque eam constituit, plurimos in ea simul viuere, sed debet esse cōmunicatio bonarum actionum ad finem bene, & virtuosè viuendi. Nec etiam constituit ciuitatem, vt ad inuicem viuant, nec iniustum sibi faciant, sed nec ciuitas noscitur instituta gratia mercaturæ, aut commutationum, licet sint necessariæ, sed est instituta gratia bene viuendi per se & sufficienter. Quo fit, vt partes ciuitatis, & cuiuslibet reip. determinētur ex virtute, quæ est operatio hominis virtuosa, & perfecta. Manifestum est autem mercatores, agricolas, & mechanicas artes ducentes, non proprie esse ciues, neque per se sufficienter fore partes ciuitatis: quia vita eorū admodum vilis, & abiecta est, cum nō ad virtutem dirigit, aut ordinat homines, sed principalius ad lucrum, & ad quęstum proprium: imo contraria est virtuti, quæ fundata est in honesto: mercatura vero, & cæteræ mechanicæ fundantur in vtili. Pręterea veris ciuibus, & partibus ciuitatis necessaria est vacatio ab operationibus vilibus, & oportet aliquando intendere actibus intellectualibus, & talibus operationibus quæ generant virtutem: quod facere non possunt mercatores, agricolæ, & artifices, qui omnino sunt dediti artibus suis. Sacerdotes vero secundum eundem philosophum, ac consiliatiui, bellici,

& iudicatiui, vere sunt partes ciuitatis: quia non essent tales, nisi in eis esset prudentia politica. Nam exempli gratia, in bellicis, hominibus est prudentia, per quam quis est agressiuus terribilium, quando, & quomodo expedit. Nam dicit philosophus in secundo politicorum, quòd vita militaris multas habet partes virtutis, & sic de consiliatiuis, & iudicatiuis, ac de sacerdotibus: quia determinant de virtute, ideo sunt veræ partes ciuitatis.

Rursus inuestigandum est de nomine militis. Nomen itaque militiæ quidam ideo appellant, ꝙ à malo arcere solet, quasi à malo arcendo dictos, quòd malum arceant à ciuitate. Alij vero nomen militis Græcū dicunt, quòd duritiam significat quasi eos non molles esse conueniat. Nonnulli tamen a mille numero militem dictum putant, quasi ex mille electus. Ex omni igitur militiæ nomine atque principijs causis, & effectibus facile cognoscitur, quantæ gloriæ, & excellentiæ sit, militiæ vacare. Taceo de dignitatibus, de honoribus tam excellentis exercitij, qui tam ingentes, tanq; insignes existunt, vt eius virtute sæpe acquisita regna, cōparata culminum imperia videamus. Quo fit, vt omnis generosus animus merito ad eam aspirare debeat. Demum vero milites gratissimum deo holocaustum offerre possunt, & in eodem exercitio beati, salui q; fieri valebunt. Vnde August. ad Bonifacium: noli (inquam) extimare neminem deo placere posse, qui militaribus armis ministrat. In his erat sanctus Dauid, cui dominus tam magnum præbuit testimonium. In his plurimi illius temporis iusti fuere. In his erat ille Centurio, qui domino dixit. Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et iterum Gregor. summam ait esse militiæ laudem, si quicquid imperatur vtiliter ei obtemperatur. Adeo bellandi offi- Mat. 8. b

miles un dicitur

cium sine culpa est, vt etiam sub rege sacrilego, & pagano militare rectè possit quicunq; catholicus, si tamen non sit contra diuinum mandatum id quod præcipitur, vel vtrum sit, certum non est: vt diffusius cōtra Manichęos Augustinus deducit; hinc igitur amici, & contribules, pluribus ad me verbis referebant, vt militiæ, armisq; exercitio operam darem. Addebant, quoniam progenitores, & sanguine coniunctos, hanc viuendi conditionem secutus non ignorabam.

CAPIT. X. DE MILITIAE laboribus, oneribus, atque incommodis eiusdem vitæ militaris, ac exercitu armorum, & de periculis huius status, & de causis quibus hoc exercitium dissuadetur.


SSVRGIT mater pia non pigra his auditis, & vitæ huius militaris, & armorū exercitij damna, incommoda, atque pericula, ac armis ipsis experta, eisque rebus trita fuisset. his suasionibus recolebat. Militiæ sectatores, ac arma tenentes, quod militiæ, quod armorum officium sit, ac quid sua professio postulat animo gerere & pensare debent. Siquidem miles primo sacramenti atque professionis sibi maximum onus incumbere videbit, vt remp. tueatur, iniurias arceat. Et cum apostolo contentus stipendijs suis neminem concutiat. Hæc est eius professio, hoc officium, quæ si ab eo recte geruntur, magna sunt laude & gloria digna. Si vero ea non gesserit miles, proculdubio decorat illa omnia, quæ sunt vel officio militis, vel eius professioni connexa. Cum igitur tuendi (vt dixi) officium militis sit, nihil tam turpe, nil tam intolerabile, nil tam perniciosum: quam si ipse qui defensionis nomen habet, vim atq; iniuriam afferat ciuibus: vt vnde salus expe-

Luc. 3. c
1.Co. 9. b

ctatur, inde ſcelus naſcatur. A cæteris namq; hominibus illatæ aduerſus ciues iniuriæ detestabiles admodum ſunt, à milite vero ſi inferantur, ſcelerata, impia, atque funeſta ſacrilegia ſunt: & (vt paucis videatur, quantum nefas ſit pauperes à militibus impugnari hinc intelligi debet, quia ſi inopes debileſq; miles ipſe deſpiciat, nec alijs impugnantibus reſiſtat, merito proditionis nomen incurrit. Quis enim dubitat, quin proditor flagitioſus ille ſit, qui rem cuſtodiæ, fideiq; ſuæ commiſſam hoſtibus patefecit. aut verius ipſe diſrupit? Milites ergo ciuium, inopumq; cuſtodes, non ſolum officio, ſed fide, ſed ſacramento, ſed vi, atque natura profeſſionis ad hoc vnum agendum principaliter conſtitui noſcuntur. Si ergo pauperum, ciuiumq; tutamen prætermittunt (quos potius ipſi ſacrilegio expilant, conatu) ſumma proculdubio proditio exiſtimāda eſt: ſed tanto inſignius facinus erit, ſi per ſe ciues impugnēt, quæ omnia an à militibus armigeriſq; noſtri temporis obſeruentur facile libet agnoſcere. Equidem verſum eſt ad contraria modernorum ſtudium militum. Student nanq; cui noceant, cui vim, & iniuriam afferant, & quæ ſunt planè officio ſuo aduerſa ea, exercent impune. Nec ſunt contenti militiam dedecorare atque fœdare, ſed perimere eius, videlicet, naturamq; videntur. Obliuiſcuntur ſiquidem ſuæ profesſionis. Ad id ſolum tendunt, vt ſatis diuitiarum habeant, ſtudium lucri faciendi captent. Mercaturam denique exercent, quæ in eis ſordida atque deformis eſt, qui non ſolum mercando, aut lucri captandi gratia negociando, quaſi quidā apoſtatę à ſua religione cenſentur, ſed quodā modo deſertores atque transfugæ videntur. quia repudiata religione, turbę ſe immiſcent, ac pecuniæ quæſtui intendunt. Taceo ſordidiora plerunque ab eis experta compendia. Taceo locandi publica vectigalia paſſim eos

assumere cæteraq; vilia officia exercere. Taceo in nundinis tabellarios, atque nummularios inuerecundè plerunq; cōstitutos fore: qui tam præclarum exercitium infamare, & penitus deturpare non verentur, adeo, vt indigne, falsoq; insignia militaria gestent, & nitorem auri, quod deferre eorum dignitas iubet, sordido quæstu coinquinari non pudet. Quis igitur ad hoc exercitium aspirabit, in quo non nisi nomen omni nudatum effectu proh dolor remansit? Sed hæc parua cuilibet intuenti videbuntur, si crudeliora quædam alia contemplatur. Et in primis illud Scipionis occurrit, quod militare volentibus dicere solitus erat: quia pauca vnicuique militiam desideranti visa sunt vitæ mala, nisi militiam addiderit, quem inquietum semper, vel inglorium, vel periculo expositum, aut contemptui deditum esse oportet. Adde, quod apostolus
Iob. 7. a ait: quia vita nostra militia est super terram. Hanc igitur cum nascendo profiteamur, quid alia nouæ militiæ professione opus est? Nam ibi fortissimum corpus ferro armatur, hic animis contra dolos, linguam versutias, & fraudes præmuniri debet. Nescio igitur quid armari exterius iuuat, cū intus in anima bellum sit. Nec illud diffiteor, quia plurimos militia ad amplas opes, sed & ad summos honoris status prouehit. Sed, nisi fallor, longe plures ad inopiam, ad carceres, ad seruitutem, ad violentam subitamq; mortem eodem tramite perueniunt: Nam, vt laureatus inquit poeta, ex quo quis profiteri militiam animum habuit, nisi dehonestare arma voluerit, semper animam in manu parituram habeat necesse est. Corpus vero non dicam in periculo esse, sed ipsum quoque periculum in corpore. Semper enim aures militis, vt Vegetius
Nota ait, vox illa regia intonat: disce ferire, intrepide mori: Et rursus breue, sed horrendum militi prouerbium est: vel occides vel occi-

deris: in hoc omne præclarum genus militiæ versatur. Adde rursus ad dissuasionem huius vitæ militaris, quæ supra tetigimus in octauo capitulo, cum de nobilitate egimus. Has igitur piæ matris inuictas rationes contemplās, à secularium militiæ armorumque exercitio alienum me reddere concepi. Sed ilico affinium amicorumq; turba carne & sanguine, vt arbitror reuelantibus, ad reliquum militandi genus inermen, acerbe grauiterq; vrgere visi sunt. Cum enim, vt dicebant, magnā ætatis partem circa humani iuris disciplinā expenderim: congruum quinimo debitum videbatur, vt quæ in theorica profecerim, ad praxim deducerem: & quæ studio ipso attigeram, iam mundus ipse conspiciat. Dicebant enim ꝙ habens experiētiam, seu operationē, vt philosophus inquit, etiam sine arte magis laudatur, magis etiam proficit in operando, quam habens artes sine experientia. Vt igitur in ea vel alia viuendi arte vtilius agerem, necesse erat vxorem ducere quæ firmat homines in vnoquoque viuendi modo, & discurrendi per orbem occasiones tollit. Quare ad eam coniugalem vitam infrascriptis persuasionibus commonebant.

CAPITVLVM XI. DE VITA ET statu coniugali in sancto & immaculato matrimonio, & de necessitate, vtilitate, laudibus, & prærogatiuis vitæ coniugalis super alia viuendi genera.



ITAE coniugalis status, quam sanctus, quam immaculatus, atque necessarius existat, nemo est qui nesciat, nisi qui se hominem, ac ex viro & fœmina natum, ignorat. Hic vitæ innocentissimæ status præcipue iuuenibus admodum expedit, ne alienis, illicitisque libidinibus misceantur

tur, & bonis castisq; coniugij fructibus perfruantur. Hic status coniugalis necessarius fuit ad conseruationem speciei humanę:nam tribus euidentissimis, & necessarijs causis fuit institutus. Primo,propter prolis generationem,vt habeat esse naturale:item vt possit no cuis obuiare: rursus vt habeat esse vigoratū, vt posit proles subsistere, & tandem valeat sibi similem generare. Secundo,propter concupiscentiæ refrenationem. Tertio propter viri glorificationem: quia, vt inquit apostolus,mulier est gloria viri,quia deus dedit homini adiutorium fœminam non ad carnalem concupiscentiam, sed vt haberet gloriam de fœmina,cum eum imitatur in sanctitate, & prolem ex ea generet quæ gloriam deo præstet,& sit ad gloriam uiri, qui gloriatur, & quodammodo perpetuatur in filio, qui est eius imago. Ex quibus facile agnoscitur, qa hæc beata coniugalis uita pro aliquo tempore magis expediens, & necessaria uidetur, quam continentia,siue uirginitas,& ideo prę eligenda:quæ res agit,ut eo euentu longè melius sit uacare coniugali copulę,quam continentiæ,videlicet, eo tempore quo multiplicatio generis humani pernecessaria fuit,vt compleretur numerus electorum,quemadmodum in simili videre libet. Nam,teste philosopho in topicis, philosophari simpliciter meliꝰ est quam ditari. Veruntamen indigenti necessarijs,melius est ditari, quam philosophari: & pro tempore illo pręeligēdum secundū Thomam. Rursus ad hanc coniugalem vitam plurima,& præsertim tria inducere, & inclinare homines videntur, scilicet, natura, recta ratio, & gratia. Natura quidem, quia propter prolem, & naturalem auiditatem conseruandi speciem,& perpetuandi seipsum per filios. Demum recta ratio quia inclinatur coniunx ad seruandum fidem cōiugi: denique gratia, videlicet, sacramenti. Hanc igitur uiuendi

formā beatā, & gloriosam fore, nullus sanę mētis ignorat. Cui' status necessitas, vtilitas, & sanctimonia, ex multis colligi possunt: sed pręcipue ex decē eiusdē status excelsis laudibus, & mirificis pręconijs. Prima igitur eius excellentia instituentis est excelsa auctoritas. Nec enim suum sanctissimum ordinem, aut Augu. aut Hier. aut monachorū pater Benedictus, sed deus ipse ore factoq; instituit. Secundum pręconium ex loci pręrogatiua pendet, cum in paradiso institutum recta fide credamus paradiso inquam terreno & cœlesti: quia (ut sancti tractatores aiunt) misso sopore Adam raptus est in spiritu, & (vt aiunt) curię cœlesti interfuisse creditur, ibiq; virtutes tanti sacramēti plenè cognouit: deniq; tertia dignitas erat, videlicet, institutionis eius antiquitas. Quarta excellentia est, vnitas duorum in vno corpore, quia scriptum est: erunt duo in carne vna. Quinta temporis excellentia: quia in statu innocentię, quando nec peccati quęuis rubigo initiū sumpserat. Sexta dignitas ex eo colligitur, quod hunc solum ordinem tanquam immaculatū, deus ipse saluum fecit indignationis atq; diluuij tempore, quo fornicatores omnes vtriusq; sexus ęterno aquarum voragine deleuit. Septimo gloriosam virginem deus delegit hunc ordinem assumere. Et quanquam virginitatē nouisset, matrimonij verum sacramentum non respuit. Nec paruum videtur pręconium matrimonij, cum Dei filius tamdiu distulerit carnem suscipere humanam quousq; virgo beata sub matrimonio foret legitime constituta. Octaua dignitas coniugalis ex eo constat, quod christus hoc matrimonij sacramentum non modo sua præsentia, sed miraculo illustrat, vt Iohānes refert euangelista. Nona excellētia patet, quia ex eo vniuersa fit propagatio humani generis. Quinimo, vt inquit Hierony. contra Vigilantium, si virginitas Ioh.2.b.

laudatur:cur matrimonium non vehementer amatur, ex quo virgines procreantur? Decimum aliud matrimonij pręconium non inferius alijs omnibus videtur, quia carnis copula, quę sine illa mortalem generat copulam, eius virtute nedum à peccato immunis quin imo plerunq; meritoria efficitur. Adde quia matrimonium non solum mundum; sed paradisum replet, vt inquit Ambrosius; per quod scelera pene infinita, incæstus multa denique scelera vitantur, & ingentia bona quærũtur. Ex his igitur attinentes me ad coniugalem vitam cogere quodammodo conabantur.

CAPIT. XII. DE ONERIBVS, & incommodis, & laboribus plurimis vitæ coniugalis, & de causis, propter quas non expedit vxorem ducere.

FLVCTVABAT vbique animus sed ad me reuersus piæ matris consilium petiturus accessi: an igitur vxorem ducerem consulebam. illa vero quæ, vt sæpe postea retulit, diuturnas pro me lachrymas, & vota sua altisſimo dederat, vt in suam me sortem traheret, tanquam rabida quædam leena longe contrarium suadebat: quinimo ne incautus, tam imminens naufragium subirem, pie rogabat, atque seuere commouebat. Dicebat enim mariti nomen, licet dulce, plurimis tamen erumnis esse refertum. Quis enim, inquit, onera matrimonij facile ferre potest? Quis quarundam uxorum insolentias? Quis pompas? quæ si pauperes sunt, facile ab hominibus contemnuntur. Si diuites, dotes eas tumidas, genus insolentes, forma vero suspectas reddit, deformitas quoq; reddit inuisas. Quarum lingua, vt Plutarcus voluit, nil perniciosius, quarum audacia nil prodigiosius, quarum improbitate nil inexæquabilius cogitari potest, quę iurgijs, & cõ

tentionibus obtundunt viros. Semper enim conqueruntur, semper exprobrãt, semper insidiantur. Et vt Cato dicebat: quos coniunx diligit, illa odit. Eis enim cũ cætera desunt, nunquam tamen lachrymæ, gemitus, atque suspiria, vt faultis suis satisfiat. Ornamentorum vero ambitione adeo ardent, ut cunctas opes labefactent, miserosque cogant maritos in quæstus, in dira prodire scelera. Et (quod periculosius est omnium) qui vxorem ducit (cum apostolo) quæ mundi sunt cogitat, & effœminatos virorum animos, & ab omni speculatione reddũt penitus alienos. Taceo tandem quot in maritos fraudes exercent, quot simulationes, quot proditiones, quot plerunque suppositos partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes. Et (vt facete, & perpulchre quidam sapiens dicebat, & ridiculũ magis est) lugent postea innocentes mariti, has sibi extinctas vxores laudant, prædicant in vrbibus quasi pudicas, quarum impudicitia corda eorum vulnerantur. Coguntur-que honoris non perdendi gratia recte mentiri. Quod si dotem amplam quis cum vxore assequitur, tanto superbior efficitur. Quod certe superbiæ stimuli sunt cuiuslibet vxoris, forma, & dos. Mulier enim dotata, mariti domina, vxor non est, nil sibi illicitum putat, quæ suas opes quotidie mariti comparat egestati, & quæ a viro pascitur dominam se putat non sociam. Vnde recte dicebat quidam sapiens, quia vnde dos ingreditur, inde libertas, inde verecundia, inde obedientia egreditur. Licurgus enim recte leges fecit, vt mulieres indotatæ nuberẽt, ne pecuniæ potius, quam vxores eligerentur. At si pauperem quis vxorẽ ducit, nõ unius diei, sed totius uitæ hospitẽ, forte hostẽ cõparat. Et (ut paucis multa cõprehẽdã) qui uxorẽ ducit, cum Apostolo, cogitat quæ mundi sunt,

1.Co.7.f.

Nota de dote.

1.Co.7.f.

& quomodo vxori complaceat,cui dum quis placet, sibi,atque alijs displiceat, inutilisque sit,oportet.Econtra,qui sine uxore est,aptior efficitur ad ea quæ dei sunt. Vnde Augusti. cum in soliloquijs, non tam sibi quam nobis loqueretur : Nihil enim, inquit,sentio,quod magis deiiciat animum virilem quàm blandiméta fœminæ, corporumque ille cōtactus, sine quo vxor haberi non potest.Hinc Hugo de sancto Victore.Non est vxor ducenda viro sapienti, & literis dedito. Primo,quia studiū sapientiæ impedit, nec potest quis libris , & vxori pariter seruire. Demum multa sunt quæ matronarum vsibus necessaria sint.Alterius enim amorem , suum suspicatur odium. Rursus attende,quod nulla est vxoris electio, sed qualis aduenerit , talis est ducenda. Si iracunda, si fatua, si deformis , si superba, si fœtida , cuiuscunque vitij est, post nuptias dicimus: equus, asinus, canis,& vilissima mācipia prius probantur Et iterum Hugo.Non est quieta vita hominis,quē inquietat vxoris suspitio, sollicitat ancillarum sumptus,conturbat filiorū peruersitas Qui igitur prudens est, vitabit ea omnia prompta pericula, quæ ex nuptiali vita prouenire solent . Et licet fatendum sit(teste Augustino)quod actus con iugalis bonus sit , continentia tamen melior. Habet enim status continentium supra statū coniugalem sex coronas prҫeminentiҫ. Primo, quia continens habet maiorem dignitatem,pro eo quod per continentiam homines assimilantur angelis. Secundo,maiorem puritatem, trahitur enim spiritus per actum coniugalem ad immunditiam carnis , & efficitur quasi caro. Tertio habet maiorē libertatem: quia vir non habet petestatem sui corporis, sed vxor, & conuerso, secundum apostolum. 1. Cor.7.a
Quarto, habet maiorem vtilitatem: quia qui vxorem habet, sollicitus erit,quomodo placeat vxori , quare diuisus est. Quinto habet

maiorem ſanctitatem: quia coniugati tribulationem carnis habent, & impulſionem maiorem, quàm non coniugati. Sexto, habent maiorem vtilitatem, quia maius præmium, & maior fructus ſibi debetur. Merito igitur ſapiens vir continentium ſanctiſſimum ſtatũ prælegit. Quæ omnia attendentes ſapiẽtes, ac humani iuris interpretes, non inſulſe coniugio carnali ſpũale connubium prætulere: vt videre libet in ſtatu continentium, & eorũ qui in ordine eccleſiaſtico in hac terrena vita militant, vt tandem in ſupernis triumphent. Aiunt enim idipſum ſpũale coniugium, non ſolũ dignius eſſe, quàm carnale, ſed honorabilius, atque fœcũdius, ſed & ſecurius & fortius.

His itaq; auditis, quippe a matre præſertim cum fletibus expoſitis, decreui a coniugio paulìſper ſubſiſtere. Verum attinentes, & amici, ſi pro tunc matrimonij onera ſubire non placebat, ad publica me ſaltem transferrem officia. Et præſertim ad iudicandũ populos, præſidendum vrbibus his ſuaſionibus commonebant.

CAPITVLVM XIII. DE MAGIſtratu iudicum, & de officio, & munere iudicandi populos, & prꝗſidendi ciuitatibus, & de laudibus huiuſmodi officiorum, & commendatione talis exercitij.

PRæfecturæ atque iudicandi munus, quam neceſſarium vitæ humanę, quam excellẽs, & præclarum ſit exercitium & a cunctis mortalibus honori habitum, nemo eſt qui neſciat, niſi qui legibus ſubijci recuſat, aut alienis iacturis ditari peroptat. Vt enim Hiero. ait, niſi primus homo imaginem dei in ſe peccando violaſſet, nequaquã homo homini ſubiectus eſſet, nec alius aliũ iudicaſſet; fuiſſet enim ſibi vnuſquiſq; iudex.

Nam a principio non dixit Deus homini, vt præsit hominibus, sed dominamini, inquit, piscibus maris, & volatilibus cœli, ac bestijs terræ. Postquam vero peccatum inter homines inualuit, iurgia, rixæ, bella & seminaria discordiæ crescere cœperunt. Fuit igitur necessarium ad comprimendum iniquorũ cupidines & violentias, vt diuina prouidentia homo homines iudicare possit: vt quos natura ipsa, aut amor ad bonum non prouocat, saltem timor hominis coerceat. Et hoc est ꝙ alibi ad eundem sensum Augustinus ait: quia cum populi multitudo ab his qui maiores sunt opprimeretur, expediens admodum fuit ad aliquem confugere virtute, & authoritate præstantem, qui iniurias cohiberet, & summa infimis pari æquitate coæquaret, legumq; trãsgressores puniret. Qui apud quosdam magistratus, apud alios præsides, alibi prætores siue potestates, communius vero iudices à iudicando appellati sunt. Hi apud gentiles plurimum honorabãtur, de quibus Valerius ait: quia Apollo requisitus de iustis magistratibus, respondit se nescire, vtrum deorum numero, an hominum aggregari deberent: adeo enim hoc exercitium illustre apud eos fuit, vt illud omni potentatui præferrent. Quid enim (teste Cicerone) præclarius, dignius q; inter mortales exercitiũ excogitari potest, quam vnũ hominem in rep. reperiri, qui cõi vtilitati seruiat, qui cõmunia pro suis, sua pro cõibus habeat, qui velit, & sciat personã ciuitatis gerere, dignitatem decus sustinere, legesq; obseruare, iura tueri, atque exequi, & postremo cuncta quę ad remp. pertinẽt, fidei suæ commissa meminisse? Magistratus siquidem, atq; iusdicendi potestatẽ habentes, nõ modo terrenorum principum, aut populorum: sed immortalis Dei auctoritate, & vice funguntur. Est enim latissima eorum potestas, & iurisdictio: veluti qui vitæ

ſimul & necis hominnum dñi penitus conſtituti ſunt. Hinc apoſtolus dicebat, Qui me iudicat,dominus eſt. Hi ergo iudices, atque prouinciarum poteſtates, atq; rectores cum recte agunt,deo pariter, & hominibus acceptiſſimi ſunt. Scriptum eſt enim: Beati qui iudicium faciunt,& iuſtitiam in omni tempore. Et iterum per ſapientem: qui cuſtodit & iudicat iuſtitiam,ipſe exaltabitur. Nec modo in æterna vita eorum exaltatio erit, ſed in hoc ſeculo ſublimãtur. De quo per eundẽ ſapientem dicitur, iuſtitia eleuat agentem. Vnde & noſter Iſidorus. Magna eſt (inquit) laus recte iudicãtis,qui ſicut nocere ciuibus neſcit,ita prodeſſe omnibus nouit. Alijs.n. præſtat cenſuram iuſtitiæ, alios bonitate iudicij ſine perſonarum acceptione ſuſcipit, non infirmat iuſtitiam auaritiæ flamma, nec ſtudet auferre alteri,quod cupiat. Et ſubdit: hi ſunt veri iudices, q. ſicut de iuſto iudicio ditare non appetunt, ſic æterno præmio coronantur. Demum verò iudices ſi locupletes fieri peroptant, id quàm facile eis ſit nemo ambigit. Nam qui ciuili auctoritate,& potentatu funguntur, paruo temporis compendio longas conſueuere congregare diuitias.

1.Co.4.a

Pſa.105.a

CAPITVLVM XIIII. DE ONERIBUS,& laboribus & incommodis præfecturæ,& iudicaturæ, & præſidentiæ in populis, & de periculis huiuſmodi exercitij.

SED poſt huius exercitij laudes videlicet iudicandi, & præſidendi honorem, tantopere cõmendatum, ilico mater bona illius ſtatus ꝑmentia onera, atq; aperta pericula enarrabat, q̃ tot ſunt, vt vix enarrari queant. In primiſq; veniebat in mentẽ ꝙ ſcriptũ ſæpe audierat. Noli fieri iudex,niſi virtute valeas rumpere iniquitatẽ.

Eccl.7.a

Qui se igitur talem exstimat, vanus est, aut temerarius. Deniq; inter cætera, quatuor pericula iudicantem comitantur, quę omnia, vel alterum vitare difficulter quisque mortalium potest. Primum siquidem periculum ex eo maxime imminet, quia plerunque ex causarum multitudine defectus accidit solicitæ discussionis: quod vtique periculum cauens beatus Iob dicebat, causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Super quo Grego. ad proferendas sententias videamus, ne vnquam præcipites simus, nec temére indiscussa iudicemus, & quælibet audita mala statim moueant. Secundum iudicis periculum sequitur, affectus, videlicet, atque inordinata passio, quæ tanto certius eos comitantur, quanto difficilius ab eo separantur. Vnde Augusti. quasi pro quodam miraculo narrat Alipium collegam suum nullo affectu, odio, timore, atque præmio iustitiam subuertisse. Tertium iudicis periculum paratur ex obliqua intentione, aut iniusto animo. Vnde scriptum est: quod iustum est iuste exequaris, quasi dicere velit, non est satis iudici iusta decernere, sed necesse est, si periculum vitare cupit, vt iusta iuste decernat, id est, recto animo agat ea, quæ leges iubent. Narrat siquidem Grego. quendā sanctum virum vidisse iudicem, quē cognouerat in locis teterrimis magno pondere ferri ligatum, a quo cum quęreretur. quidnam hoc esset, responsum est quia eo solo ea patiebatur, quia cum iudex esset, si quid pœne, atque vindictæ etiam secundum leges alicui viuens inferebat, plus tamen crudelitatis desiderio, quàm publico zelo mouebatur. Quartum periculum iudices cōtinue tentat, donorum, videlicet, & munerum cupiditas. Quis enim ille est, de quo vere dicere possimus, qui discutit manus suas ab omni munere, in excelsis habitabit. Ea siquidē pericula tanto iudicibus promptiora

Iob. 29.c

Esa. 33.c

ſunt, quanto difficilius euitantur. Vnde Iſidorus, multi tribunal aſcendunt; ſed raro iudices inueniuntur, qui populos legum moderamine regant. Et ſi cætera ad hoc vitandum periculum perſuaſioni deſint, illud Petrarchæ occurrebat: quia iudex ipſe populorum honorato quodam exilio damnatur, dum ocium domeſticum cum externa ſollicitudine permutatur. Amara certe & turbida iudicum ſors eſt. Habent enim domum non modo muneribus apertam, ſed & litibus, ſilentio vacuam, quærimonijs plenã, iniuriiſq; refertam. Quicquid languidum, quicquid ægrotũ in prouinciẹ, ſeu ciuitatis viſceribus latet, totum ſibi tractandum, curandumque reſeruatur. Vnde Plautus ille comicus, durum admodum opus dicebat, multos corrigere, quod hinc patet: quia ſeſe corrigant pauciſſimi. Adde illud Plutarchi ꝑclarũ exemplum, qui cũ iudex eligeretur, renuit dicens: quare ſic iudicabo, quaſi ſtatim ab alijs iudicandus? Nec modo ab hominibus iudex ipſe iudicatur, quippe in quem totius populi oculi vertuntur, ſed durius a deo ſummo omnium iudice iudicari timet: dicente ſcriptura: iudiciũ duriſſimum his qui præſunt. Poſtremo, pudor eſt, quod iudicibus & magiſtratibus pudor nullus ſit his præeſſe, quibus ſubeſſe dignius fuerat. Cum igitur talia docta mater recoleret, omnẽ iudicandi ambitum manu quadam ab animo eripere viſa eſt. ¶Sed dum iudicandi tribunalia tantopere abhorrerem, ad cætera reip. honeſta, & publicata munera condeſcendere, & prẹſertim officium cõſulum ciuitatum, quos appellamus rectores, contribules ipſi his ſuaſionibus hortabantur. Sap. 6.a

CAPIT. XV. DE EXERCITIO, & officio consiliariorum principum, & vrbium, & prouinciarum: & de vtilitate, laudibus, & præconijs huiusmodi viuendi.

MAGNA semper reip. consulendi auctoritas fuit. Consules enim siue consiliarij a consulēdo rectè dicti sunt, quorum prouidentia respub. regitur, eorūq; consilio aduersa ciuitatis pelluntur, q; es eius atque tranquillitas eorum studio & industria comparatur. Estque eius generis officium ipsum, vt altissimo deo cōtinuum obsequium & reipub. præsidium afferat. Vnde Aug. de verbis domini: nec vtique rempub. gerere criminosum est, sed tūc demum illicitum est, si vt diuitias priuatas augeas, rempu. adiministras. Vt enim, inquit, philosophus, nil tam vtile est ciuitatibus & regnis, quam studiosorum habere consilia. Quorū officium, vt ait Tullius, est, vtilitatem ciuium sic tueri, vt quicquid agant ad remp. referant, obliti commodorum propriorū. Quid enim est dignius, quid reip. vtilius, quid deo acceptius, quam remp. pacatum quietamq; tenere, & consilio plerunque explere, quod armis, & multorum cædibus effici nō possit? Nam, vt inquit Tullius, non viribus, aut velocitatibus aut celeritate corporis res magnæ geruntur: sed consilio, & auctoritate, & scientia præsidentium. Consiliarij enim rerū publicarum plus agunt quàm qui corpora iaculis hostium exponunt. Similes enim sunt gubernatoribus in naui, qui longe plus agūt nauem dirigendo, quam cæteri aut nauigando, aut pugnando. Vnde & in bellis parum possunt arma, vbi non est consilium, vt ait Tullius. Philosophi enim, & consilio vigentes, & plus consilio in bello paceque egerunt quam armis. Vnde sapiens ait: cum disposi-

tione consilij initur bellum, & erit salus vbi multa consilia. Alexandrum quidem eo potissimum, tam ingentes victorias obtinuisse legimus, quia consiliarijs bonis cuncta agebat, vt inquit Trogus Pompeius. Et propterea consiliarij principum, necnon consules, & rectores prouinciarũ, & vrbium, magno semper honori fuere, & patres patriæ recte ab antiquis appellabantur.

Ad hoc itaque exercitium, & viuendi formam amici, & contribules his & plurimis persuasionibus me trahere moliebantur. Addebant præterea hunc viuendi modum, genitorem meum veluti honestum, & sine crimine delegisse. Nec erat inconueniens, filium laudata, honestaque patris exercitia, ac vestigia imitari.

CAPIT. XVI. DE LABORIBVS, oneribus, & incommodis consulum siue consiliariorum, & rectorum vrbium, & prouinciarum, & de periculis huius status.

SED vix amici verba finierãt, qui officium consulendi in ciuitatibus tantopere collaudabant, & ecce mater anxia occurrit, & plurima nedum onera, sed incommoda, & pericula huius vitæ exercitij prudentissime recolebat. Sed inter cætera id Catonis commemorabat: quoniã difficilimum est quempiam sic reipu. consulere, vt prosit simul & placeat, sed longe difficilius est, vt sit ei in verbo veritas, in consilio fides, in commissis silentium, in imperando suauitas; & tandem, euentum, non virtus, sed fortuna moderabitur. Iterum illud Platonis in republica occurrebat: parua, inquit, ciuitas ægre regitur; magnæ vero vrbes difficiles regimine existunt.

Quare qui ad huiusmodi ministerium aspirant, necesse est illud Lactātij fateantur: parū est, inquit, nobis domesticarum curarum, qui publicas exoptamus. Deniq; quis putat consules ipsos, vel consiliarios a principibus vel populis amari, quos potius grauant, quam iuuant? Quod si extrinsecus honorari a popu lo cernamus, labijs credo, cor autē singulorū ciuiū longe est ab eis, & pauperum prȩsertim, quos durissimis exactionibus deuorant. Sed & si a populo pro aliquo tempore amari, coliq; eos videamus, in mentem veniat, quis populo, Scipionibus carior fuerit; quis Camillo; quis Rutilio, & Metello; quis Solone Grȩco; quis Hānibale; quis Licurgo, ad quos amor ingens, atq; ardens feruor fuit popularis, sed illico in odium, & cōtemptum versus est. Quorū illa fuere prȩmia, fori, videlicet, labor, iniuria, accusatio, mors, exilium, carceres. Sed certe illud Catonis preclarè dictum est, quia inter ea, quȩ prospera fortuna largiri visa est, nil tam pestilens, tamque inconstans, quam populi fauor, cuius ad posteros funesta hȩreditas est. Adde, quia cum ad huiusmodi consulendi munus, non nisi iurisiurandi sacramenta accedant; consiliarij & rectores, toties deierare videntur, quoties senatum ingrediuntur. Rursus cum iuxta Ciceronem, eos, qui de republica consulunt, ab amore, ab odio, ab ira, a timore, liberos esse oportet, vix aut raro contingit consiliarios, consules vrbium, & rectores, ab his passionibus fieri alienos. Denique quam vtiles in consulendo reipublicȩ, existant, tristis ille euentus demōstrat: quia respublica, plurimū eorum crudelissimo, aut inertissimo consulatu, in dies pauperior, illi vero ditiores euadunt. Nec alijs opus est testimonijs, prȩter id, quod infaustis, atque infelicibus nostris diebus cernimus: quia ea ipsa consulendi officia, atque gubernandi rempubli-

cam munera, non vt olim inuictis delata videmus, sed potius a sollicitantibus ablata. Et quod maiori mœrore refertur, ea ipsa officia quibus pauperes opprimnntur, non paruo pręcio emuntur. Difficile namq; & perrarum intuemur, vt quę magno exoptantur affectu, & longo quęruntur labore, liberaliter impendantur. Et, vt paucis agam, longe difficilius erit, vt quę multo cōparantur auro, sine auro reddantur. Hi ergo non tam consulunt, quam consumunt, non tam regunt, quam premunt, non tam protegunt, quam lædunt: defendunt, vt ipsi inquiunt, rempublicam, sed fateor ab alijs & non semper, sed à seipsis minime, veluti qui ciuibus grauissimas imponunt collectas, non in rempublicam exoluendas, sed sibi imbursandas. Hi consules dicuntur a consulendo, non reipublicę, sed sibi gaudent consiliarij, & consulis nomine, a cuius re & effectu plurimum sunt alieni. Pauperum domus euertunt, vt suas construāt. miserorum casellas, agros, atque prędia subhastant, vt ipsi vilius emant, culpęque proximus est, qui eos in licitatione vicerit. Hæc, fili mi, inquit mater optima, exercitia, studia, desideriaq; sunt cōsiliariorū consulum, atque rectorum, pestiferi nostri temporis: atque tuipse conspice, si libet aspirare. Materna igitur monita adeo visceribus meis infixa fuere, vt ad huiusmodi consulendi ministerium nullo pacto aspirarem.

Sed illico patrueles, atque sanguine, & amore coniuncti sese ingerunt, vt aliud vitæ genus assumerem, quod, vt dicebant, à cunctis mortalibus virtutis, honoris, & gloriæ, cupidis semper exoptatum est, videlicet, tanquam aduocatus patrocinandi exercitio versari, ad quod his suasionibus cō monebant.

CAPIT. XVII. DE IVRISPERItis, ac de aduocandi, & patrocinandi officio, in iudicio & extra: & de laudibus iuridicæ scientiæ ac necessitate & vtilitate huius scientifici & artificiosi exercitij, & quomodo supplet naturæ defectus.

PATROCINARI in causis, ac in iuris humani subtilibus disceptationibus versari, semper laudabile insigneq; exercitium fuisse nemo ambigit. Ea enim officia, vt Salustius ait, honestiora apud omnes habita sunt, quæ ingenio, quæ intellectu, quæ denique eloquentia, ac dicendi suadendiq; artificio constant. Sic ergo iuris disciplina honesta, sancta, & pernecessaria vitæ humanæ existit, & ob eam rem omni tempore plurimum fuit commendata. Eadem ratione disciplinam ipsam sectantes, qui iurisperiti seu consulti appellati sunt, vtiliter ac laudabiliter & necessario vtuntur iuribus humanis, quæ non nisi ad lites inter homines dirimendas, amicitiam atque ipsam rempub. augendam instituta sunt. Hinc Iustinianus ait, aduocati qui dirimunt ambigua facta causarum non minus prouidet humano generi, quam si prælijs, armisque parentes, patriamque saluarent. Et alius sapiens magna commendatione dignos eos facit, qui quod iustum, quod bonũ, quod æquũ est, hominibus persuadent. Est ergo huius exercitij honestas, atque necessitas admodũ manifesta, sed & vtilitas publica manifestior. Quantum vero in eodem nobili exercitio priuatæ sit vtilitatis, nemo est qui ambigat. Habuit tamen inuidos omni tempore hoc scientificum, & honestum exercitium. Nonnullis enim non satis, nec recte intelligentibus, visum est leges ipsas, atque legum interpretes, & iurisperitos, causam da-

re litigijs, illaque quam minime interire. In quos pulchre, Cicero in eis quos de legibus, edidit libris, inuehit. ait enim verius ignorationem legum, occasionem litigijs parare. Ignorantes enim leges, voluptates, & appetitus suos putant, & optant legibus iuuari posse, quare, inquit Cicero, cunctos consulunt, an sit lex, quæ suo possit suffragari appetitui, aut cupiditati. quò fit, vt ipsarum legum ignorantia, non iurisperiti viam litigijs præstent. Adde, aduersus iurisperitos aliam non minorem æmulationem, nonnulli enim persuasum habent id quod ex ipso exercitio laudato cõparatur, improbe atque illicite fore quæsitum. Plane non ita sentiebant antiqui philosophi, & sapientes, sed nec catholici tractatores, qui in constituendis determinandisq; hominum desidijs, iudices, testes, & aduocatos assistere decreuerunt: solis tamen iurisperitis licitum esse uoluerunt, suum consilium iuste uendere potuisse. Cuius inter cætera illa à philosopho ratio assignatur, quia iudex ipse & testis, communes sunt personæ & pro utraque parte constitutæ. Aduocatus uero alteram tantum fouet partem, a qua licite honesteque salarium exigit. Huius præterea nobilis ac scientifici exercitij excellentia, ex pluribus illustratur effectibus. Est enim mortalium hominum desiderium, ut ad id potissimũ tendat, (eodẽ philosopho teste) ut ueritatem agnoscat. Quare ad ipsum in rebus agilibus auidius humana properat inquisitio, præsertim cum ob eas hominum cupiditates, quæ a iure, quæ a iusto plerunque deuertere cogunt, propter rerũ humanarum ueritates, difficiliter quidem ueritas ipsa, & iustitia agnosci potest. Hinc dominus per Esaiam prophetam, & humana iustitia dicit; Tanquã pannus mẽstruatæ, uniuersæ iustitiæ uestræ, ut humanam Esa.64.c

iuſtitiam difficulter attingi cognoſci poſſe liquido demonſtraret. Auarus enim quam iuſtius,homines lites & iurgia mouent. Quia (vt inquit ſapiens)deus fecit hominem rectũ, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quęſtionibus. Fuit ergo neceſſe humano generi iuriſperitos conſtituere, quorum induſtria & expecta ta iuriſperitia, eas ſiue bellorum fragoribus quęſtiones deciderent, quas humana peruerſaque auaritia attulit. Laudantur igitur pluri mum, atque merito diuerſis honorum titulis illuſtrantur iuriſperiti, qui veritatem & aperiunt & inter hominũ cupidines per ſuę ſcientiæ coniecturas,& regulas,quid verum, quid iuſtum ſit,explicant,docent,atque è tenebris ad lucẽ vſq; deducunt.Quorum tanta vis eſt, vt nonnunquam eas veritates, quas vel natu ra, vel induſtria verius aſtutia humana, in damnum ſimul ,& pœnam peccati humani generis occultas fecerit, ipſi iuriſperiti ſui in genij subtilitate, ad reipu. quietem atque noſtram commoditatem reuelent.Plurimæ ſi quidem veritates incognitæ, plurimę iniuſti tiæ impunitæ manerẽt,ſi iuriſperitorum ceſſa ret ſapientia, & ſua quærendarum rerum ſtu dioſa ſagacitas, contemptui, aut non vſui haberetur.Denique nemo vnquam dubitauit verum & iuſtum multo eſſe meliora, quam falſum & iniuſtum : eſſet enim rationi diſſonum, ſi verum a falſo, iuſtum ab iniuſto vinceretur.Quod vtique funeſtum in repub.ſæpe accideret, ſi iuriſconſulti deeſſent. Quorum id præcipuum ſtudium eſt,ut iuſtũ ab iniuſto, falſum a vero diſcernant. Rurſus quam nece ſſarium humanę reipub. hoc exercitiũ fuerit, ex eo patet: quoniam (vt philoſophus inquit in ethicis)ſunt nonnulli homines peſſime qui dem perſuaſibiles,qui non facile credunt,niſi certiſſima videant ſigna,aut fortes habeant perſuaſiones.Aduocati igitur plurimum ſunt commendandi, qui virtute ſcientię iuridicæ

certissimas vel propinquas, imo fortissimas persuasiones eliciũt:& illa iudicibus suadent, ad iuuandam innocentiam, & reprimendas puniendasque violentias & iniustitias. Vnde Cicero hanc iuris disciplinam extollẽs, hæc inquit, ad omnes res priuatas atq; publicas tuendas instituta est. Et iterum: hæc ars tuta est, hęc honesta, hęc illustris, qua sæpe multę resp. saluæ factæ sunt. Denique, vt philosophus voluit, omnes artes inuentæ noscuntur, ad supplendos humanę naturæ defectus: vt libet, exempli gratia, vnum inserere. Natura enim ipsa lapides, ligna, atque ferrum, producit: sed minime domum efficit. quare recte & necessario ars domificandi inuenta est, quæ idipsum supplet, quo natura deficit. Simili modo natura parens lanam, & linum, sed non vestes producit, salubriter ergo atque necessario artes texendi, atque suendi inuentæ sunt. Natura ergo quanquam homini instrumenta loquendi dedit, non tamen virtutem tribuit persuadendi. Sed arte effectũ est vt homines studio ipso atque mirabili artificio ui quadam dicendi consequantur, conceptus, videlicet suos imprimere posse audientium animis, sicut natura minime dedit homini vim discernendi congruum ab incongruo, nisi per grammaticę scientiã, nec verum a falso, nisi per dialecticam. Licet dederit instrumentum cognoscendi verum a falso, videlicet loquelam & intellectum. Oportebat ergo pro conseruatione humanę vitæ & tollendis inter homines dissidijs, vt naturæ huius defectus suppleretur per iurisperitos, qui ipsum iustum & rectum iudicibus persuadent, secundũ traditas legislationes: & nonnunquã iustum & rectum distinguant, limitent, & moderentur, secundum particularium casum occurrentias & legislatoris mentem. Quæ omnia perirent, nisi iurisperiti essent, qui ea hominibus suaderent. Et ut

paucis agamus, summa est excellentia huius exercitij, quo ipsa uniuersalia statuta huma na, quæ generalibus atq; indeterminatis uer bis statuuntur, lucidius intelliguntur. Nam per iusperitorum subtilem & ingeniosam ap plicationem dictarum legum, ad causas par ticulares mentē legum interpretātur. Et tandem vero per hoc nobile aduocationis officium, insontes defenduntur, oppressi releuan tur, &(vt paucis multa cōprehendamus) iusti tia periret, si deesset qui iustitiam allegaret.

Ex quibus facile cognoscitur, qnanta sit huius exercitij honestas, quanta necessitas, quanta denique vtilitas. Sed vix affinium amicorum sollicita instantia verba finierant, cum mater clamitans dicebat illud Sapientis: Fili mi si te lactauerint peccatores, ne ac
Prou. 1. b quiescas. Et tandem aduocatorum vitam, ac exercitium, eorumque aperta discrimina & pericula sequentibus verbis dissuasit.

CAP. XVIII. DE INCOMMODIS, & oneribus exercitij iuristarum, & artis aduocationis in causis & iudicijs, & de periculis huius status, & modi viuendi, & de damnis quæ ex illo veniunt reipub. & an litigia nutriantur ex aduocatorū copia, & an humana iustitia potest impleri in iure naturali.


Vrisperitorum eorum præsertim, qui forenses causas agūt in iudicio, quos aduocatos vel causidicos appellamus, quam sit damnosum, periculosumq; exercitinm, nemo apertius quam aduocatus ipse vnquam intellexit. Sed & quantum hominibus sit inutile, quippe & perniciosum, nemo rectius agnouit, quam qui pro eius infortunio aduocato indiguit. Huius exercitij damna discrimina, atque pericula, non facile enarrari possent. Ex multis autem, pau

cula quædam in medium adducenda decreuimus. In primis naturam artis, atque exercitij considerare oportet. Est enim huius generis patrocinatio in causis, quia difficile est aduocato & causidico vnum iuuare, quin alterum lædat. Cui pulchre Ambro. dicere videtur, qui non potest alteri subuenire, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuare, quam alterum grauare. Vnde super illo verbo, impio præbes auxilium, Augusti. inquit, callidi argumentatores, & iurisperiti fallaces, dum cupiunt ditari, vix præuaricationis periculum fugiunt, controuersias actionesque causarum, contra ipsa iura vertunt, & vt aduersarios coerceant, iussionibus legum ad illudendos iudices, exquisitis exemplis, multiplices intellectus, & cauillosas à legibus eliciunt coniecturas. quid igitur in eis laudem, non facile inuenio. Vendunt enim linguam suam, quæ Spiritus sancti donũ est. Qua de re August. de seipso in lib. confessionum loquens, ait. Placuit mihi subtrahere ministerium linguæ meæ a mundanis loquacitatis meæ, ne cæteri mei exemplo, iam non legem domini, sed forensici bella mercarentur, & ex ore meo arma furori suo accommodarem. Rursus non illis puto assentiendum, qui negant causidicos lites nutrire, sed potius præscindere con tendunt, ex Ciceronis verbis argumentum sumentes, quæ recte intellecta, eos lędunt. Ait enim eos, qui lęges ignorant, voluptates, & appetitus suos putant legibus iuuari posse, & inde legum peritos consulunt, vt eis dicant appetitus suos legibus sequi posse; Sed ea verba quid aliud sonare videntur, quàm aduocatos lites gignere, dum voluptuosis, & cupidis hominibus suadent legibus posse explere, quæ leges ipsæ vetant? Quis enim tam amens est, qui leges iustas asserat iurgia nutrire, quas dicit Ci-

2.pa.19.a

cero in eodem de legibus, esse uitiorũ emendatrices, uirtutumq; commendatrices? Sed ex mente Ciceronis elici posse, non leges sed legibus abutentes, qui sunt legistæ, lites nutrire, & educare perspicuum est. Qui ut nascantur lites, spem uictoriæ uictis promittunt, adducentes innumera fallaciarum repabula, & astutiarum obstacula, secundum policratum. Qui enim cæcus non est, liquido uidebit, quia non hominum negocia, nõ causæ, non controuersiæ suscitant aduocatos, quinimo ut oculis cernimus, aduocati ipsi causas gignunt, litigia suscitant, controuersias fouent: imo mouent atque nutriunt. Præbeant huic ueritati testimonium ea loca quæ certe beata dixerim, ubi si desunt aduocati, ibi causæ ipsa quoque litigia desunt: ubi uero aduocatorum turba strepit, ibi litium anfractibus tota ciuitas ardet, nec domus aliqua a litigio uacat. Vidi ergo in Germania urbes quamplurimas populatissimas quidem, atque optima politia gaudentes, in quibus ciuis unus iuris ignarus in decidẽdis causis penitus inexpertus, totius ciuitatis causas breui momento pacifice, & incredibili silentio terminabat, ubi nec assistentia erat aduocatorum, nec allegationum ingeniosa altercatio. Stupenti igitur mihi atque quærenti, cur in tãta urbe tã paruæ atq; perpaucę causæ agerentur, quidue causæ erat, quòd nullus ibi aduocatus adesset, responsum tandem est cum faceto, modestoque risu, ultimam esse causam primj. Addebantque ut ego mihi ipsi inquirẽdo satisfacerem, ac si aperte dixissent, pauculas ad modum causas in tribunalibus esse suis, cuius rei illa erat ratio, quia nullum quì eas proponeret aduocatum, facile admittebant. Profecto non insulsum eorum dictum puto: plurimi quidem nequaquam plerunque litigarent, quinimo aliquid forsan iniuste paterentur, nisi aduocato

rum pronitas adesset, atque eorum sollicitudo qui vincere pollicentur. Nemo certe nisi insanus, sine armis bellum tentat. Quippe plurimi salui fuere, quia illis arma defuere & longe plures periere armorum fiducia, quam penuria. Tolle enim frenetico arma, præstabis & vitam, tolle cupidis litigandi ministros, simul tolles & lites. Cupit enim omnis artifex (ut philosophus ethicis uoluit) sua laudare opera, simul & dilatare. Sic poeta sua poemata laudat, a cũctis recipi optat, sic faber (ut inquit Hieron.) sua fabrilia tractat: studetque summopere ut totus orbis eis indigeat. Citharista denique omnes exoptat dies esse faustos, atque solennes. armorum & machinarum artifex, nuptiarum aut pacis tẽpora infesta habet, & generaliter de pace nõ cogitat, q cũ bello lucratur. Nec aliter agit aduocatus, alienas cupit controuersias propinquorum, & causas exagitat, qui suas non litigat, dissidendo, litigando lucratur, qui mendicaret, si quietissime omnes uiuerent. Et paucis dicam, desunt lites, si desunt qui lites cupiant atque sollicitent. Denique apostolus ait, seruos dei non decet litigare. Quo modo igitur alienas opes litigando quærere possumus licite; qui nostra proximus offerre iubemur, & iuxta dominicum consiliũ petenti clamydem, pallium non negemus? Demum uerò illud ego uerissimum puto, quia longe minus reip. christianæ nociuum uidebitur, si iudiciorum strepitus, si causarum deceptiones non habeat: si aduocatorum penuriam patiatur, quàm si per causarum, & litigatorum atque aduocatorum copias, charitatis ordo pereat, quæ in litigando seruari minime potest. Et iterum longe minus perniciosum arbitror, quosdã forsan iniuste opprimi ob defensionis aduocationisque defectũ, quãplurimos imo ipsam rem pub: eiusque quietẽ tot tãtisque ut cernimus,

litium perturbationibus cōcuti, atque subuerti, quæ veluti quædam incendia, cunctas resp. adurunt atque confundunt. Postremo quis causarum, quis fori, aut iudicialis strepitus tam auidus est, quem non moueant, imo terreant plurimum illa Bernar. verba, qui cum ad Eugenium ageret, ac cum inducere conaretur, vt fideles ad diuinam legem discendā, sectandamque alliceret, & aduocatorū astutias fugiendas esse ostenderent? Quotidie, inquit, perstrepunt in tuo palatio leges, sed Iustiniani, non domini: iuste ne etiam istud tu videris. Nam certe lex domini immaculata conuertens animas. Ea autem non tam leges, quam lites sunt & cauillationes subuertentes iudicium. Tu ergo pastor & episcopus animarum, qua mentem, obsecro, sustines coram te silere illam, istas garrire? Puto quod etiam hęc peruersitas te compellat ad dominum dicere cum propheta, narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Hæc Bernar. de humanis legibus & earum sectatoribus. Rursus, nisi fallor, fallitur quisquis qui litigandi officium assumit; & longe magis fallitur, qui artes litigandi & contendendi eligit, in quibus propter nocendi facilitatem quanto quis doctior, tanto nequior euadit vt de aleatoribus Policrates ait. Vnde Augustinus, forma, inquit, in eis est litigiosa, hoc ipso laudabilior, quo fraudulentior. Fateor enim vtilis est iuris scientia, si eius professores intra eius limites agerent, & legum terminos non transgrederentur; Sed plurimi illis abutuntur, & falso legum intellectu, & nouis interpretationibus sacris legibus illudunt. Quod si secus agerent, pauperes admodum & inopes: fateor tamen fœlices viuerent. Ea de re sancti viri periculum tam promptum imminuere hoc exercitium tenentibus cernētes merito perfectis, & deo dicatis viris, nedum forensium causarum interdicūt

Psal. 18.b

Psa. 118.k

exercitium, sed humanarum legum studium. Quarum inter ceteras illa est ratio, ne, videlicet, iurisperiti magnum æstiment eam iustitiam, quam ipsi continent, & venerantur, & quam leges humanę docent, respectu eius iustitię quam lex dei continet, & venerantur. Iustitia enim humana quam leges seculi profitentur, impleri indubie potest facultate & naturæ viribus. Quod ex eo maxime patet vt alia taceam, quoniam Christus in euangelio ex duobus naturalibus pręceptis omnes leges, & prophetas pendere dixit, pro vt pulchre Augu. deducit in epistola ad Volusianum. diuina vero iustitia non nisi superna gratia impleri potest. Quare ad hunc sensum verius, quàm pauloante Esaias dicebat de humana iustitia, Pannus menstruatę iustitię vestræ sunt. Sed nec alienum ab hoc proposito videtur, quod dominus in euangelio ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quod vtique recte dici potest de humana iustitia, quamquam iurisperiti & causidici astruere nituntur, vt Christus fidelibus suis dicere videatur, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisęorum, id est, legistarum, & iurisperitorum humani iuris, non intrabitis in regnum cœlorum. Nec enim hæc iustitia, quę ex humanis resultat legibus, sola ad salutem sufficit, cum illa, vt philosophus in politicis voluit, Solum reipublicæ, terrenam quietudinem appetat. Cuius gratia, plurima quæ lex diuina vetat, & punit, ipsa permittit aut iubet. Vnde Aug. hæc lex quæ de regendis vrbibus datur, multa pro temporali pace, aut pmittit, aut iubet, quę lex diuina grauissime punit: vt in concubinatu atq; vsuris, demum in præscriptionibus, & multis aliis reperire libet. Denique lex ipsa humana, vt pręmissum est, virtuti humanę, & na-

Esa. 64. c

Mat. 5. c

turali innititur, quę nequaquam ad ęternam fœlicitatem sufficit, sine speciali auxilio diuinæ gratiæ: quod aliter est sentiendum de diuina iustitia, quæ tota dei & a deo est. Dabo igitur, inquit mater, pluribus persuasionibus finem, si id solum dixerim, quia humani iuris sectatores, solo nomine iuris lætantur, cum rem ipsam non habeant, quinimo sub iuris atque iustitiæ obtentu, ipsa iura & iustitiam persequuntur, vt recte de eis dicat vera iustitia, filios enutriui & exaltaui, ipsi vero spreuerunt me. Tandem quis ille legista est, & laudabimus eum, qui, vt inquit Augu. dicat clientulo suo, recipe quod mihi cum tibi adessem obtulisti, redde aduersario tuo quod me iniuste patrocinante abstulisti, cuius opera decepto iudice, & circunuentis legibus vicisti.

Esa. 1.a

Longe satis euagatus sum in describendis aduocatorum periculis, sed expertus dixi. Turpe enim videbatur patritio ignorare ea in quibus versatus est. Suasi ergo mihi maternis his, imo diuinis commonitionibus edoctus, forensium atq; ciuilium causas, & iudicia penitus deserere.

Victi ergo & superati cōtribules, ad aliud vitę genus innocentissimum, vt dicebant, videlicet, notariorum me transferre, verbis atque suasionibus sequentibus nitebantur.

CAPITVLVM XIX. DE NOTArijs tabellionibus, & scribis, & de huius artis laudibus, vtilitate, & commendatione, ac necessitate.



ABELLARIORVM siue notariorum ars, & viuendi formula quam honesta honorabilis & laudata sit, ex plurimis præsertim illius necessitate, & vtilitate facile cognoscitur. Perirent siquidem

dem omnia iudiciorum tela, nisi essent notarij qui acta conscriberent, periret ipsa veritas & fides in contractibus & commertijs hominum, periret omnis ordo in iudicio. forensium causarum, nisi esset aliqua fidelis publicaque persona, cui iudex crederet, de his quę ab vtraq; litigantium parte, aut offeruntur, aut dicuntur. Item sunt instituti notarij ad confirmationem veritatis, sed cum ipsa veritas vbicunq; sonuerit, ab illo est qui dicit, ego sum via & veritas. Recte certe ratione notariorum officium valde laudabile erit, quia in veritatis comprobatione, & confirmatione, radicem, & fundamentum suscipit. Demum huius artis laudes, & vtilitates ex eo patent, quia publicæ vtilitati deseruiunt. Hi namque nedum apud padanęos minoresque magistratus creditum, & autoritatem obtinent, sed apud reges, & principes, & cuncta eminentia tribunalia acceptissimi, & familiarissimi existunt: quorum manibus imo admiranda fide instrumenta, priuilegia, & literæ ad perpetuæ rei memoriam conficiuntur. Et post multa temporum secula, ex horum sola notariorum subscriptione, indubitatam probationem inducunt. Hi typum tenent euangelistarum Christi, qui eius gesta, & acta euangelio, tam fideliter, quā vtiliter descripserunt. Et vt cęteras huius artis commoditates, & laudes omittam, qui illam exercent magna lucra, summos honores, assequuntur, vt breui tempore, ac paruo labore, opulenta vtilitatis compendia adipiscantur, & tandem ab omnibus honorantur, quia omnes illis indigent. Ioan. 14. a

CAP. XX. DE MISERIIS CALAmitatibus, ac laboribus, & periculis tabellionum, & tabellariorum: & illorum fraudibus, & dolis.

INTER cæteras uitæ humanæ artes & modos, formulasque uiuendi, scribarum atque notariorum artem, miseram, calamitosam, ac multis erūnis plenam, nemo ignorat, nisi qui tam felix fuit, ut nec lite in iudicio actor, nec reus extiterit, nec cōtrahēdi gratia, tristi illorū ministerio eguit. Breui igitur huius artis calamitates, infœlicitates, labores, atq; pericula adducemus, pauca ex multis colligentes. In primis igitur fatemur, habent tabelliones officiū publicū, sed priuatū exercēt negotiū, nō reipublicæ, seruiunt, sed reifamiliari deseruiunt: nō illā, sed istam augent: communes sunt personæ, sed propria sunt lucra. Demū tabellarij ipsi se esse seruos publicos nouerint, quos iureiurandō constat astrictos, ut quoties rogari eos à quoquam in omni causa cōtingat, ferre eos testimonium oporteat. Nemini autem dubium existit, tam astrictos reipublicæ seruos, non esse illius dignitatis atq; fœlicitatis; vti paulolante depictum est. Eius uerò artis labores, fraudes, doli, atq; pericula, ex eo constat, quia natura ipsa impelluntur homines gratis fidem ipsam seruare, ueritatem attestari, ac de illa libere ubiq; ferre testimonium: miseri tamē tabelliones soli sunt, quæ non nisi pecunia de fide dicere ac rogari uelim. Nec aliter quàm precio interueniente, ueritati fidem accommodant. Pauper siquidē fidem petit ueritatis, ille mãmona exigit iniquitatis. Turpis igitur est, qui precio turpiter accipit, qđ gratis exhibere tenetur. Quo fit, ut hanc uitæ formulā exercentes, nedū iustitiam, sed ipsam iniustitiam uendāt quare

(teste Augusti.) nihil inordinatius esse potest. nam iustitiam uendere, iniquitatis est: iniustitiam uero, rabiosa insania. In cæteris enim contractibus res uendita alienatur à uenditore, & transit in emptorem, sed in hoc infœlici contractu, nullam iustitiam habet notarius uenditor. Sic miser artifex ipsam veritatem, ad quam corroborãdam tuendãque creatus est, & qua eum honoratum reddit, inhonorat atq; uilificat, dum eam (vt præmissum est) precio exponit. Apud antiquos enim tabellarij alebantur à publico, eratque gratuitum officium. Eo igitur seculo aureo certe laudabilis erat tabellionica ars, laudabile exercitium: nunc uero, quia ad precium exponitur, merito in sordibus computatur, secundum Policratum. Rursus notarius seruus est iustitiæ, quæ uirtutum regina est, & domina: qui ergo dominam suam vendit, vt proditor iudicandus est. O quot falsa ab eis constituuntur instrumenta, prece quidem vel pretio. O quot contractus fabricant, rei gestæ substantiam longe aliter scribentes, quã partes professæ sunt. O quot falsas clausulas interserunt, aliasq; iustas abolent, uerba cancellant, dictiones vitiant, in multorum læsione atq; iacturã. O quot neglectus, ne dixerim dolos, in iudicijs, & contractibus committũt. Annos, indictiones, diẽ, atq; locũ prætermittunt. Nec testes adhibent naturę rei necessarios, literas, scripturamq; diuersificant. Qua de re instrumẽta suspecta, aut dubia redduntur. O quot errores, fraudes, & machinamẽta ab eis admittuntur: ob quas res immunera litigia, immortales contẽtiones, ibi nascũtur, vbi sopiri debuerunt. Demũ protocolla non retinẽt & diuersa plerũque ab illis instrumenta edũcur. Pleriq; vero literas, contractus, & instrumenta, super vsuris, & contra iuris præcepta conficiunt, parui faciẽtes, quot ex ea re infames, inhabilesq; euadũt. O quot collusio

nes agant in iudicio, quot deceptiones apud iudicem, quot falsas attestationes, quot superfluas dilationes, quot acta inutilia scribunt, vt crescat registrum, processusq; in precio augeatur. Taceo quia excessiua salaria exigunt, concussionis crimen non verentes, omnia precio agunt, nec calamum quidem manu capiunt, nisi pecunia adsit. taxas excedunt, de quibus Grego. dicere videtur: quia multo sceleratius ille accipit, quam alius offert. Hi certe crudeliores sunt illis latronibus, qui insidias adhibent. Nam isti palam rapacitatis auaritia sequũt. Cęteri enim hostes in suorum tantum hostium sanguinẽ armantur: alij in quorundam hominum necem pecunias accipiunt; isti vt crudelissimi carnifices ciuium amicorum cunctorũque hominum oppressione lętantur, & omnium litigantium vitam extinguũt. Quid enim prodest iustum habere iudicem sed rapacem notarium? Hinc Isidorus; ad delictum pertinet iudicis improbos habere ministros. Ais forte quid ad rem? locupletes sunt Notarij, nunquam egentes, vbiq; honorati. Quod & ego fateor. Sed & illud Ciceronis semper verum esse putaui; nil fore vtile, nisi honestum iustumque sit: nil honorificum: nisi in virtutis radice, quæ gratuita est, fundetur. Nam vt idem Cicero subdit, nullum emolumentum est fallere, nullum commodũ lucris inhiare, splendorisque nomẽ ammittere. Adde, quia vtilitas illa familiaris non potest tantũ afferre, quantum auferre. Qua enim alia causa Iezabel, omni seculo maledicta erit, nisi quia eius, non vero testimonio Achab rex vineam abstulit Naaboth? Ea de re eidem Iezabel dictum est iussu domini, canes comedent Iezabel. Denique, vt paucis multa concludã, Notarius cupidus remp. offendit, deũ contemnit, cui se iureiurando astrinxit, iudicem mentiendo decipit, partes lædit. De

his August. dicere videtur: quia similes sunt locustæ animali pestifero. Nocet enim mordendo, consumit nocendo. Nisi ergo abundauerit nostra iustitia plusquã similium scribarum, spem non habeamus consequendi fructum iustitiæ, quæ est regnum celorum. Mat.5.c.

CAPIT. XXI. DE EXERCITIO agriculturæ, & de laudibus & commendatione huius naturalis & innocentissimi exercitij: & de vtilitatibus generi humano ex illa prouenientibus, & quomodo Deo acceptum est.

AGRICVLTVRAM optimum esse viuẽdi genus nemo ambigit, nisi qui viuere nescit. Hic enim vitę modus primus omnium est à deo altissimo humano generi tributus. Dictum est enim homini: In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. nec dixit in sudore vultus alieni, vt in cæteris officijs, & viuendi modis liquido contingit. In quibus alieno labore, alienoq; sanguine, & sudore plurimos pasci & nutriri, quinimo & lasciuire videmus. Nequaquam enim Deus homini hoc exercitium præcepisset, nisi primum innocentissimum, deinde ei gratissimum agnosceret. Hoc denique vitæ genus veras naturalesque diuitias gignit. Alia exercitia, industriales (& vt ita dixerim) adulterinas diuitias comparant. Igitur inter vtrasque diuitias illa est differentia, quoniam primæ humanum genus sustinent, secundæ corrumpũt, primæ delectant: secundæ cruciant: primæ satiant: secundæ angunt. Quod enim tam fęlix vitæ genus esse potest, quam naturalibus insidere laboribus, & possessiones, agrosq; ad vbertatem pro communi omnium vsu deducere? Quarum rerum innocentissima cura, cæteras omnes noxias curas fugat. Gesserũt Gene.3.d

agriculturæ vſum, non ſolum antiqui primę ætatis, ſed & omnium ætatum viri præſtantes, atque clarisſimi, nec modo publica officia, quinimò & imperia, magnaque faſtigia huius cupidine atque dulcedine dimiſerunt. Hanc cato Cenſorinus exercuit: de quo ſcriptum eſt, optimus ſenator, arator, optimus imperator. Quem igitur pudebit cum Catone terram colere? Quis turpe cogitabit, quod ille pulchrum elegit, qui præter rerum geſtarum gloriam, etiam in noſtris Hyſpanijs prę clarisſimè triumphauit. Denique in cæteris huius mortalis vitæ occupationibus uacant homines artibus, in hoc naturæ: in cæteris vacant ſagacitati, in hoc ſanctæ ſimplicitati, in alijs ſuperfluitati, in hoc necesſitati: in cæteris vacatur ornatui, in hoc victui: in cæteris vacāt homines paucis aut, multis, in hoc omnibus. Qua ratione cæteris uiuendi modis iuſtè antefertur. Teſte enim philoſopho, quanto aliquid eſt communius, tanto eſt prę clarius. Eſt ergo illud vitæ genus eligibile, quod pluribus confert, & paucioribus nocet. Demum non parum huius vitæ præconium auget, quia ceſſant in hoc viuendi modo ea omnia diuinæ offenſionis, & peccādi incitamenta, ac promptæ actiones, quæ alijs negotiationibus ſeſe vltro offerunt. Vt enim quidam ex ſapientibus ait: inter hominum vitia viuere, & vitia hominum vitare, non tam præclarum, quàm rarum, nec tam laudabile, quam difficile eſt. Quis enim in agro laborans, aliena vſurpat? quis deierat? quis blaſphemat? quis ſuperbit? aut quis iraſcitur, aut inuidet? qui optare ſibi ſoli bona nō poteſt, quin alijs eueniant? Quis deniq; agriculturæ intendens, inimicatur? Quid aliud odit, niſi grandines? cui maledicit, niſi tempeſtatibus? Quid denique auare cupit, niſi ea quæ aliorum non ſunt? Sed & quis fornicatur, quem nō ciborum præcioſitas, ſed fames & pauper

cula mensa spectat: & demum ipsa lacertorũ lassitudo, & diurnus totus labor dormire potius quàm lasciuire cogit. Rursus in cæteris vitæ occupationibus illud communissimum est, vt quanto homines pluris emolumenti aut census habent, tanto minus Deo retributionis & honoris tribuũt: ita vt verum sit illud prophetæ, quia satietas panis causa sit iniquitatis in homine. in hoc tamen viuẽdi modo plus omnibus deo redditur: & vt ita dixerim, plerunque plus quam quis habet deo offert. Nonnunquam enim oblatis deo decimis, expensisque deductis, nil superest nisi labor, adeo vt plurimi anni, etiam vberrimi agricultoribus ipsis steriles sint. Rectum igitur antiquum verumque in Hispania prouerbium fuit: quia agricolæ martyres habẽtur: neque enim semel sanguinem fundunt, vt pinguiorem terrã hominum vsibus reddant, sed dietim sudore, & cruore madent, vt nos viuere possimus: & suis tormentis, & assiduis cruciatibus foueamus.

His ergo monitionibus suadebat affines, agriculturæ vacandum, etsi non personaliter per seruos saltem & colonos, vt mos est plurimorum virorum illustrium. Sed nondum illi verba finierant, ecce mater occurrit, hunc viuendi modum summopere dissuadens, rationibus sequentibus.

CAP. XXII. DE AGRICVLTVRAE incommodis, oneribus, difficultatibus, & laboribus: & de aculeis, & miserijs huius status: & narrantur pulchra de hoc viuendi genere circa eas sollicitudines, & anxietates; & quomodo repugnat præclaris ingenijs, & quales debent esse agricultores.

LAVDATVS satis à nobis est agriculturæ vsus, quæ certe necessarium atque delectabilẽ fore, nemo est qui ambigat: habet tñ aculeos suos. Vt enim,

inquit Plinius,in eo,quem edidit de naturali histo. lib. agricultura innocentissimę atque beatissimæ vitæ quōdam initium fuit. Hunc vero maioribus,longis laboribus, nouisque vitijs obnoxia est. Vt enim in Geor. Virgi. ait,& primo à diuina scriptura didicimus, non vtique homo terræ & agris,sed terra homini seruire debuerat. Hominum ergo culpis effectum est, vt terra possessoribus suis sine labore non respondeat, & plerunq; labor ipse fructus dulcedine careat. Mortalis ergo indigentia atque necessitas, terram ferro sollicitare, mirisque blanditiis mollire coegit. In qua colēda, quot labores,quot corporis, quot animi sollicitudines homines perferūt, nemo nouit,nisi qui terram colit adeo, vt verum sit illud Petrarchæ, qui triticū seminat, & sollicitudinem. Et iterum quod poeta dicit:quia granum plurimorum est: sed anxietas seminantis: ita vt proprie loquēdo,ager, animus sit,cultura, intentio, semen cura, & messis, labor. Quas res agricultor vberrime percipiet, læta, vindemia; dum tamen cum pruina & grandine pepigerit. O quot inutiles araturas, quot mortalium hominnm anxias curas,agricultura affert. & qui per anni circulum diligentias egit plurimas,vnius horæ rabida tempestas abstulit.quod si cœli trā quillitas adsit, quanto plura seminasti, tantò plures necesse est pascas grues, pluresque domi mures,volucres denique hospites habebis inuitus.Hęc enim notiora agricolis sunt, quos nescio quid ad seminandum cogat, nisi quia ita diuina prouidentia voluit, vt & si labores,pericula agricola experiatur,laborare tamen non desinet, quem spes plerunque delectat sine fructu. Demum vero illud certissimum est,multis tamen incredibile,quia in colendis agris,ornandisq: vineis, vix fertilitas sumptibus æquatur. Adde,quia vt Greg. dicebat, bonum est agros colere, si nihil melius

lius

lius quod fieri posſit inuenitur. Agriculturæ igitur ac noſtra ætate operam dare, non eſt viri excellentis, aut præſtantis ingenij, nec pro arte, nec pro officio, aut negotio, ſed pro otio, & curarum alternatione, vel ipſa cogente neceſsitate laudabile. Nec enim ars terrã facit meliorem, non quidem intellectum meliorem, vires intellectiuas nõ perficit, ſed exteriores exercet. Qua de re iuſte ſapiẽtes agriculturam inter mechanicas computarunt, vt inferius tãgemus. Et hæc putatur cauſa, quare philoſophus in ſeptimo politicorum agricolas, nec mercatores, ac artifices, & mercenarios, licet ſint artes neceſſariæ in ciuitate, non tamen ſunt propriæ artes ciuitatis: quare non veros ciues Ariſtoteles appellat, ſicut conſiliarios, ſacerdotes, & bellantes, & iudices, prout latius diximus ſupra in capitulo quinto. Vt enim inquit vnus ex philoſophis, natura ſtudioſa parẽs, dum multas mortalibus artes dedit, diſtinxit etiam ingenia, & cui quis aptiſsimus reperitur, illi recte inſiſtet, indecens nanque atque indecorum videtur, debile corpus, fragileſque lacertos, ſed docilem animũ habentes, colendis agris inſiſtere debere. Pulchrum igitur eſt atque officioſum aliud melius agere non valentibus, agros ipſos arare, ſed longe ſalubrius foret non agros, ſed animos colere. Verum eſt tamen ꝙ terrena animalia terram amant. Rurſus ſatis innocentia agricolarum exercitio veriſsime fore puto, ſi tales ipſi agricultores forent, quales antiqui illi innocentiſsimi, & ſimpliciſsimi erant: & quales eos debere eſſe legimus, non quales experimur. illi enim cũ patientia, & longanimitate labores ferebãt, cum frugum abundantia deum laudantes, cũ ſterilitate minime murmurãtes, ſed cum Iob Patriarcha, dicentes; Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen eius benedictum. Sed & tales primi illi agricultores erant: qui (vt Iob.2. d.

Esa.2. a & Mic. 4. a cum propheta loquar) gladios vertebant in vomeres, & lanceas in ligones. Agricolæ vero nostri temporis aratrū, stiuam, rastrumq; vertunt in arma, non modo defensiua, sed offensiua, Deum decimis, regem vectigalibus fraudant, fines fundorum confundunt, vel sibi applicant, ecclesiam non reuerentur, contra dominos superbiunt, foros frequentant, per seruos conducticios agros colūt, sed per seipsos in iudicio litigant, cum per alienos in agro laborant, & dum suum deserunt officium, aliena periculosa vsurpant Hi, proh dolor, auaritia, superbia, pompa, ornatu, vario, ampla suppellectili, fraudibus denique, dolis, litigijs & versutijs, cunctos negociatores vincunt. Martyres autem quo pacto tales agricolas appellem, non video. Causa enim martyrem facit potius quam tormenta. Agricultores igitur nostri temporis martyres terrenę cupiditatis, nō christi, dixerim. Et vt paucis agamus, sicut terram colunt, sic penitus terreni sunt, vt de his recte dicatur. Ipsi vero terram lingent, & terrā comedent, Nec de cælestibus cogitant, qui semper de terrenis loquuntur, & meditantur. Sibi inuicem inuident, alios abhorrent status. Sed plerunq; castigat eos deus in eo delicti genere, quo peccant. Dignum enim, est, vt qui in Psal.106. d terram, quæ omniū elemētorum humilima, & vberrima est, per superbiam, & auaritiam peccant, eiusdem terræ bonitate priuentur. Ideo dat illis Deus terram fructiferā in salsuginem, propter malitiā habitantium in ea. Quò fit, vt terram sui natura fertilem illorū iniquitas faciat sterilem. Sed vix bona mater dissuasionis agriculturæ verba expleuerat, & ecce fratres, consanguinei pariter, & amici, si nullum genus vitæ placebat, ex illis maxime quæ supra discussa sunt, saltem mechanicas, aut liberales artes, seu alium viuendi modum, etiamsi foret aliquid exercitij genus,

cui plebei homines sese conferre solent, mihi ipsi deligerem, idque sequenti, persuasione agere non erubuerunt.

CAP. XXIII. DE ARTIBVS MEchanicis in genere, & vtilitate earũ: & quot sunt artes mechanicæ, & qualiter earum exercitia prosunt: & quomodo diuersæ artes sub eis comprehenduntur. Et demum deducit ꝙ in dictis artibus plures viri clari euaserunt: & quod mediocritas vitæ mechanicæ non est despicienda.

REPVDIATA sunt à te, inquiunt amici, ea viuendi genera, quæ nobiliora atq; honoratiora in hoc seculo videntur, in quibus fere cunctos ingeniosos, & studiosos, ac nobiles viros versari conspicimus. Si igitur occultis, incognitisque nobis causis, nullum ex supra dictis eligere proponis; nos qui te plurimũ diligimus, & posteritatẽ ex te quàmmaxime peroptamus, quã vtique perderes, si ad spiritualem vitam transires, te plurimum nõ modo rogamus, sed monemus atque hortamur: vt saltem artifex fias alicuius honesti aut plebei exercitij. Sunt enim præter nominatas artes, & viuendi genera, alia complura exercitia, & viuendi genera non inhonesta: quibus & si plebeos homines cõmuniter videamus deditos, alios tamẽ ingenuos naturæ homines, quibus ita sors illorũ tulit, aut ita voluerunt, vel natura ipsa inclinatur sæpe conspicimus artes exercitiaque ipsa delegisse. Præeligũt certe nõnulli sub illa mediocri vita agentes, seculi huius breuẽ cursum innocentes transigere, quàm sub magnis statibus periclitari. Adde: quia plurimi in eis ipsis infimis artibus clari euaserũt, qui tandem ad altiora sæpe vocati fuere. Non enim artes, ipsaque exercitia animos hominũ virtutẽque penitus immutant, nisi fœdissi-

ma sunt. Elige igitur aliquam ex mechanicis artibus, quas ipsa omnium parens natura ad vsus hominum per necessarias instituit, quas nequaquam ipsa prouida gubernatrix natura nobis donasset, si non necessarias, si non vtiles, si non honestas iudicasset, & suos sectatores beatos faceret. Sunt enim, vt nosti, artes ipsæ mechanicæ septem numero, ad quas cętera omnia vitę genera corpus respicientia, teste philosopho in politicis, reducũtur, videlicet, lanificium, armatura, siue fabrilis, nauigatio, agricultura, venatio, medicina, theatrica. Sub lanificio vero plurima vitæ genera includuntur, puta texẽdi, torquendi, suendi, & quæ fiunt manu, acu, fuso, rota, fibula, siue alijs instrumẽtis: & cætera omnia quæ in materia, lana, lino, pelle, pilo, & viminibꝰ continentur. Armaturę vero adaptatur quicquid armorum est, & quicquid ferro, metallisque continetur, sub qua aurifices: metallarij, monetarij, ac alchimistę militant. Vocatur autem ars ista instrumentalis, non solum quia instrumentis vtatur, sed etiam quia ex materia illa efficiat plura instrumenta, ad quam etiam pertinet omnis lapidum, lignorum, & arenarum labor. Hæc duas species habet, Architectonicam, & Fabrilem. Architectonicę partes, sunt fecmentaria, carpentaria. Fabrilis vero, sunt partes, malleatoria, fusoria, sculptoria, & multa alia similia vitæ genera. Nauigatio vero continet omnem negotiationem in emendis vendendisque mercibus, & in illis mutãdis, tam domesticis quã peregrinis. Alij vero mercaturã ponunt speciem per se. Sed philosophus eam sub nauigatione designat, licet mercatura multis modis accidat absque nauigatione. Sub agricultura vero quicquid in terra laboratur, intelligitur, ad quam pertinet omnis agri cultus, & quicquid ad nemora, ac pascua & hortos pertinet. Ad venationem vero, ferarum occupa

tio,aucupij,auiumq; volatus pertinet. Et generaliter ad eam pertinet omnis piſcatura, & venandi genus in terra, mari, fluminibus vel aere. Item ad eam pertinet omnis apparatus ciborum,ſaporum,potuum, Et generaliter omnia officia piſcatorum, carnificum, coquorum,cauponum, tabernariorum. Sub medicina vero ipſa medēdi ars, & chirurgia continetur. Similiter & apothecariorū, pigmentariorum turba:quibus iunge herbiſcas, & balneorum magiſtros, raſores, & ſimiles. Sub theatrica vero aptantur omnes artes ad ludos publicos, & priuatos, ad diuerſa ſpectacula pertinentes. Cui viuendi modo, hiſtriones, ſanniones,præſtigiatores,& tragici connumerantur. Dicta eſt enim theatrica, ſecundum Iſidorum & Hugonem, à theatro, vbi populus ad ludos cōueniebat.Fiebant autem ludi in theatro, vbi etiam geſta recitabantur. In proſcænijs verò choreas ducebāt, & ſaltabant. In gymnaſijs luctabātur;in amphitheatro certabant pedibus, equis vel curribus; in arenis pugiles exercitabantur.In cōuiuijs rithmis & muſicis inſtrumentis pſallebant,& alea ludebant. In Fanis tempore ſolenni deorum laudes canebant. Antiqui namque ludos inter legitimas actiones connumerabant, quia tēperato motu naturalis calor nutriebatur in corpore, & lætitia mentis reparabatur. Vel,quod magis credendum eſt, quia neceſſe fuit populum aliquando ad ludum conuenire. Et voluerunt,vt inquit philoſophus, determinata eſſe loca ludendi, ne in diuerſorijs priuatiſq; locis conuenticula facientes, probroſa, & contumelioſa aliqua perpetrarent. Huiuſmodi itaque artes, & viuendi genera honeſtiſſime à quolibet honeſto viro valent exerceri. Nā & ſacra ſcriptura huiuſmodi neceſſarias artes commendat inquiens in eccleſiaſtico: In manu artificis omnis opera laudabitur. Vnus ex prophetis

Nehē.3.g. aít: in porta regis artifices negociantur.

Aut si forte cæteras artes ingenio prædítas peroptas, elige tibi liberales artes, præsertim quatuor vltimas, quas mathematicas vocant, quę plerumq; magno splendore homines eas sectantes, illustrant. Legisti Sulpitium Gallum astronomum plurimum honoris & vtilitatis attulisse Romanis. Qui cum bello proximi essent contra persas, ea nocte luna eclipsata est: quo signo stupefacti Romani deliberabat bellum non committendū. At Sulpitius gallus astronomus publicè pronuntiauit nón esse malum omen, adducens rationes astronomicas, quibus suasit populū bellari, quod effectum est cum ingenti Romanorum victoria. Sic & apud Athenienses, cum Sol pateretur eclipsim, plurimi, ne esset mundi finis timebant. Sed Pericles mathematicus, per rationes astronomicas patriam falso timore liberauit, de cuius scientiæ laudibus, atque abusu latius infra agemus in trigesimosexto capitulo. Sed de mechanicis, & humilibus artibus, quāplures claros euasisse compertum est. Legisti Lisippum pictorem ita Alexandro fuisse dilectum, propter faciē & staturam eius mirificè depictam, vt eum ad magnos proueheret honores. Quid de histrionis arte dicemus? Legisti de Roscio histrione, qui tam excellens in ea arte euasit, vt Romani numquam meliorem illo testarētur. Nam tam mira coram populo operabatur, & tam præclarè ludos in theatro celebrabat, vt ingentem Romani populi dilectionem consequeretur: adeo, vt Senatus nobilibus eum aggregaret. Adde Socratem ipsum fontem sapientiæ, qui artem affectauit citharizandi, in qua tam clarus euasit, vt illam nobilem artem suæ ciuitati incognitam superadderet. Quid de Tito dicam? Qui adeo pauperi, & vili officio vacabat, vt publicanus esset, & cum vectigalia præcio colligeret, tam fide-

liter tamen in eo officio se gessit, vt propter eius dignitatem probitatem, & fidem, creatus à Romanis consul fuerit, in quo mirifice se gessit. Quid de Varrone? qui carnificis officio fungebatur, propter suas tamen virtutes, consul à Romanis creatus est. Sed quid ista commemoramus? Legisti apud Strabonem regi Aegypti filium natum esse, quem nullo studio trahi posse ad artes militares ferunt, vel scientificas, sed inclinabatur natura ipsa ad artem fabrilem, videbatque libenter fabros, & ad eos cum poterat, declinabat. Idque rex conspiciens, de sapientum consilio, eum suo arbitrio reliquit, qui tam famosus in arte fabrili euasit, & tam egregia machinarum, & ferramentorum præsidia patri attulit, vt longe plus ei ex illa arte, quàm ex militia profuerit. Non est ergo despicienda vita mechanicarum artium, & multo minus mathematicarum. Nam si ex electione quis mediocrem, & humilem statum assumit, hoc certe perfectionis signum est, beatus enim prædicatur, qui in magnis potuit transgredi, & non est transgressus. Tales enim sublimari hic, & in superna ciuitate merentur. Vnde Grego. exponens illud Dauid: nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput Israel factus es? quia inquit paruus tibi fuisti, magnus coram me fieri meruisti. Tanto enim præciosior quis apud Deum existit, quanto sibi abiectior fit. Hinc Cassiodorus: Laudata est virorum sententia, quæ rebus modum imponit, & nos humilius considerare docet, quàm de nobis amici expectant: quia plerunque non satiat, quod bonum putatur. Et iterum: optimum est moderata gerere, quæ nullus audeat accusare. Non est denique diffidendum de sectatoribus humilium artium, quia in eo exercitio humiliter & fideliter agẽtes, facilius quàm in maximis administratio-

Eccl.31.b.
1.Re.15.c.

nibus constituti, viam salutis consequi possunt. Adde quoniam deest illis materia, desunt artes, desunt studia cæteros decipiendi, & astu fallendi. Maiores (vt inquit propheta) sapientes sunt vt faciant mala, bona autem facere nesciũt. Præterea alij ad alia apti nati sunt, quos forte sua naturalis inclinatio ad parua inuitat, qui si magna tentant, deficiant necesse est. Debet ergo attendere vnusquisque in se ad quod melius natura inclinatur. Vnde Ambro. Vnusquisque ingenium suum nouit, ideo ad id se applicet, quod sibi aptum videtur. Et Cicero. ad suam cuiusque naturam consilium est omne reuocandum. Et Seneca: Male respondent coacta ingenia. Reluctante enim natura, virtus labor est.


Hier.4.f.

His & similibus amici, & consanguinei persuadent aliquam ex prædictis artibus quam citius fore eligendam.

Sed pia mater timida, & ex his quæ pauloante audiuit stupida, ilico in hæc verba prorupit.

CAP. XXIIII. DE DISSVASIONE in genere vitæ mechanicæ, & quomodo licet sint artes necessariæ, tamen non est necessarium illarum habere exercitium.

Item in rubricella sequenti agit, quare mechanicæ artes inuentæ sunt, & quis sit illarũ finis; & quare sic appellentur. & an sint vtiles ingenijs hominum; & an artifices sint veri ciues & partes ciuitatis.



ATEOR fili mi, magna est vis quibusdam hominibus in dicendo. Nam, tuo Cicerone teste, tanta est copiose dicentis virtus, vt quæ quis ait, etiam si ea ipse sciat, noua se audisse arbitretur. Quid enim præstantius, quam posse dicendo tenere hominum mentes, & allicere plerunq; volunt

luntates ad ea, aut quæ ignoramus, aut aliter ſcimus? niſi certe perſpecta cognitaque res ipſa eſſet, ſuper qua pauloante locuti ſunt amici, & attinentes tui, effeciſſent profecto intima verba ſua, vt tandem illis acquieſcerem: ſed verum eſt fili mi, quia (Ariſtotele te ſte) quædam falſa probabiliora ſunt quibuſdam veris. Adde, quia vt ſapiens ait, vbi plurima verba ibi inopia, ſcilicet, veritatis & iuſtitiæ. Quippe loquar ſaluo omnium honore? loquar tamen cum ſapiente: quia ſtultus verba multiplicat. Et iterum, qui multis verbis vtitur, lędit animam ſuam. Vnde Gregorius ſuper illo verbo, vir ventoſus non iuſtificabitur. qui multa loquitur, iuſtificari nequaquam poteſt, quia dum quiſque per verba defluit, perdita grauitate ſilentij, mentis veritatis cuſtodiam amittit. Habet enim hęc omnis veritas, quia non multis, nec ornatis verbis eget, ſimplex eſt, & ſimplicibus contentatur ſermonibus. Vnde Auguſt. ſatis eſt vt verba congruentia non oris eligantur induſtria, ſed pectoris ſequãtur ardorem. Hinc pulchre Tullius ex verborum ſplendore, & dicendi feſtiuitate ſuſpitio quædam artificioſæ apparitionis naſcitur, quę maxime orationi uim adimit. Et Seneca: Nihil tam iniquum quam manifeſta verborum præparatio: apparet enim ſubeſſe neſcio quid mali. Redeo iam fili mi ad verba amicorum, pluri ma certe adducunt, quibus te ad plebeam, ad fœdam, ad turpemque vitam ducant. Malunt enim, vt aiunt, viliſſimis te artibus deturpatum, ſed prolem habentem intueri, quã egregijs artibus, aut nobili viuendi modo imbutum, filijs carentem. Cæca eſt enim (niſi fallor) mens hominum, quæ prolis periture fœcunditatem, potius quam virtutis, & veræ fęlicitatis amico peroptat. Ait igitur fili mi, ne dimittas legem matris tuæ: & in primis illud Chryſoſtomi cordi ſemp habe, quia om-

Pro. 14.c

Pro. 1.b.

nino iniquum eſt, nobiliora ingenia ſtudijs deturpare minoribus. Noui ergo vires intellectus tui, quare vt cum tuo Seneca loquar, ad aliud te natura ædidit, quam vt ſis ſeruus, cum liber exiſtas. Teſte enim philoſopho, artifex artium mechanicarum ſpeciem quandam ſeruitutis patitur, dum intellectu vigens qui liber eſt, rebus intellectu minoribus ſeruit. Adde, quia in eis ipſis artibus doli, fraudes, labores, & pericula non deſunt. Vnde apud Machabeos legitur: omnes artifices & operarij iniquitatis contriti ſunt. Cuius cauſam ſcribit ſapiens in prouerbijs, quia opus
Pro. 11.c. inſtabile facit impius artifex. Hinc Iſaias; multitudo, inquit hominum ſeducta per ſpeciem operis: opus tamen iniquitatis in manibus eorum. Sed de ſingulis huiuſmodi artibus ſtatim latius dicemus. Nec diffiteor, fili mi, quia exercitia ipſa mechanica neceſſaria, & vtilia plurimum exiſtant, ſed an ideo eligantur, conſyderandum. Cloacarum enim atque latrinarum purgandarum vſus, quam neceſſarius, quanq; vtilis ſit, nemo ambigit. Sed an ideo à nobili iuuene, ac bonæ indolis adoleſcente, à docto viro eligenda ſint, tu ipſe animaduerte, & iudicent amici tui cenſores. Simile videtur illud apoſtoli, quia quædam in nobis membra neceſſaria ſunt, minus tamen honoratiora. Neceſſariæ igitur ſunt artes mechanicæ ad politicam ſocialemque vitam, ſed non ab omnibus neceſſariò exercentur. Vnde philoſophus in ſeptimo politicorum ait: quod exercentes mechanicas artes, non propriè ſunt partes ciuitatis, nec ciuiles, licet ſint artes neceſſariæ. Principaliter enim non dirigunt ad virtutem, quæ eſt finis totius politiæ bene ordinatæ. Et hoc eſt quod pulchre ait ſapiens in eccleſiaſtico, qui cum mechanicas artes nominaſſet, ait, omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, & ſine his non ædi

ficabitur ciuitas: sed non sedebant super sellam iudicis, & testamentum iudicij non intelligunt, nec palam facient disciplinam & iudicium, sed solum operationi, artis vacabunt. Hæc ille. Quæ verba apertissime probant mechanicas artes, licet necessarias ciuitatibus, suos tamen sectatores ineptos effice re, nedum ad iudicandum & præsidendum, sed & ad alios actus politicos, & cætera omnia, quæ ingenij, consilij, aut disciplinæ sunt. Sed de hoc latius supra tetigimus in quinto cap. huius libri. Artes igitur mechanicę exercendæ sunt, tantum ex his, qui aliud melius non valent. Verum quia de mechanicis artibus primo sermo adductus est, deinde de liberalibus artibus & mathematicis, dicemus primo de mechanicis, sub quibus omnes artes ad corpus pertinentes, continentur.

QVARE INVENTAE SVNT artes mechanicæ: & quis illarum sit finis.

QVANTVM attinet igitur ad mechanicas, artes, dignum est vt à quadā radice cognoscas, quare ars mechanica inuenta, est, & quis eius finis: & quare sic appellatur: & quot numero sint. igitur secundum sententiam Aristotelis & Hug. In suo didascalicon: causa inuentionis earum fuit, vt natura subueniret, & occurreret humanis necessitatibus, & defectibus corporalibus. Ex quo elicitur finis illarum omnium. Ergo mechanicarum artium finis est supplementum necessitatum & defectuum corporalium. Nam naturaliter nemo carnem suam odio habuit. Videns igitur humana ratio multiplicem defectum carnis & corporum humanorum, ad occurrendum prædictis defectibus cœpit vt solicita cogitare in singulis conuenientia subsidia. Vt igitur facilius, melius, & decentius vale-

ret natura ipsa prædictis hominum necessita tibus subuenire, excogitauit multiplices artes operatiuas in rebus exterioribus ad præsidium corporis, vt artem lanificij operatiuam vestium, & operatiuam armorum de corio, ferro, & sic de alijs. Et sic patet causa inuentionis istarum artium mechanicarum: quia fuit ex desiderio occurren di necessitatibus, & defectibus corporalibus. Et finis illarum est supplementum ipsorum defectuum humanorum. Vocãtur autem mechanicæ secundum philosophum, & secundũ Alfarabium, & Hug. in didascolicon, quasi adulterinę: quia mœchari faciunt intellectũ circa ea, quæ nõ sunt proprie sua. Item quia opus artificis est segregata coniungere, & cõiuncta segregare. cum igitur hoc artificis non sit naturale, imitatur naturam vt potest. ideò mechanicum, id est, adulterinum vel non propriè naturale vocatur. His igitur visis, tu fili mi, tene semper animo tuo illam antiquorum sapientum sententiam, quoniã nullo ingenuo uiro, aut de gloria & honore siue virtute certanti conuenit vti artibus mechanicis, aut seruilibus delectari exercitijs. Adde, quia licet necessariæ & utiles sint & loco de tempore commendandæ, habent tamẽ aculeos suos, habẽt pericula, & incommoda, quæ tanto nobilia hominum ingenia ad terram vsque perducunt, quãto vires solius corporis exigunt, quinimo plerunque aptiores ingenio, inepti ad illa inueniuntur. Rursus non carent dolis, fraudibus, & deceptionibus plurimis; vt singulariter & de singulis videre libet, vbi de vniuscuiusque vtilitate, & laudibus, ac incommoditate, & miseria, particulariter agemus.

CAP. XXV. VBI PARTICVLAriter agitur de prima arte mechanica, videlicet, de lanificio, & cæteris artibus, quæ ei subalternantur, & de illius vtilitate,& incōmoditate, dulcibus & amaris.

LANIFICII vero ars vt sapientes voluerunt,prima inter mechanicas esse noscitur. Sub qua textoria, filatoria, quicquid lana,lino,pilis,sericoque conficitur,& reliquæ similes comprehenduntur. Harum artium necessitas atque vtilitas tam euidens est, vt nisi nudus incedere vellet,idipsum non diffitebitur. Ad tegumentū igitur humani corporis, pudendaque operienda sed & frigoris æstusque iniurias repellendas, necessariam eam artem inuenit parens natura, perutilem certe innocentissimā, ac honestis viris,nec minus fœminis consentaneam, in qua nec membra deturpantur, nec artus plurimum fatigantur. Hæc ars vitam protegit,ac vitam instruit. Docet artifices suos, cunctosque mortales, quam breuis fallaxq; sit huius vitæ cursus. Quia (teste propheta) transit velut à texente vita nostra. Verum si versa vice huius artis infælicitates,miserias,atque pericula complectamur, longe aliter sentiemus. Sunt enim (nisi fallor) textorum,filantium,lanificum,sutorum, & aliorū qui lanificio subalternantur,tot machinationum & fraudum figmenta, & deceptionum genera,quot filiorum numerosa multitudo in eorum operibus reperitur. In primis igitur huius ministerij artifices deo altissimo ingrati sunt,qui dat eis niuem sicut lanam, id est, tantam abundantiam, ut ministret eis lanam ut niuem, ipsi tamen deum fraudant decima & primitia, nedum, lanæ, sed & hædorum. Rursus postquam deum contempserunt, facile putant proximos lædere, idque


Esa. 38.c

Ps. 147. b

multipliciter agunt. Quis enim exprimere possit, quod sophisticatas telas conficiunt; quod filorum falsas commixtiones adijciūt, quot furta; quot rapinas cōmittunt. Texunt plerunq; leues pannos, bonam furantes, inutilem lanam apponentes, falso pōdere librāt. Taceo fallacias in filando, male torquendo, dolos in texendo, falsos adulterinosq; colores intingendo. Taceo denique sutorum fraudes, ac furta, qui vix nisi ex furto vescuntur. Harum itaque artium fraudes, atque miserias sacra scriptura commemorat inquiens per prophetam, væ væ filij deserti, qui facitis & ordimini telam, sed non per spiritum meum. Et alibi, telas araneæ texuerunt. Quare alius propheta in eos vehementer exarsit. Ait enim: qui intelligit te, præcipitabit te, & telam, quā orditus es fraudulenter. Et Esaias; confundentur, inquit, qui operantur lanam & linum plectentes & rete nō texentes. Hi enim artifices auaritiæ seruientes, vestes conficiunt lino, lanaq; contextas, dum idipsum non modo ad literam agunt, sed suis artibus non contenti, ad alienas pariter transeunt. Sūt igitur artes ipsæ, & eis similes recte mæchanice, quia męchantur, & non perficiūt intellectum, nec viam virtutibus parant.

Esa. 30. a.

CAPIT. XXVI. DE SECVNDA arte mechanica, videlicet, fabrili, armatura aut architectonica, & de partibus eius, & de vtilitate eius, & prærogatiuis illarum, & de incommodis, miserijs, & oneribus earum.


FABRILIS siue armatura secunda est ars mæchanica, sub qua carpentaria, lignaria, marmoraria, aurificium, & quicquid lignis, lapidibus, aut metallis fabricatur.

Harum quidē artium summa est necessitas

atque vtilitas. Per eas enim necessitatibus hominum subuenitur. Nisi enim ędificia forent, nec homines subsistere possent, omnisq; politia, conuersatio, & diuinus cultus perderentur. Quid enim pulchrum, quid iucundum in orbe foret, nisi vrbes, nisi domus, nisi templa essent? Nam homines veluti fera animalia in speluncis latitarent. Aurificum vero & metallorum, & segnatium studia, & artes, non modò honesta, sed iucunda & vtilia sunt, qui vasa ad Dei cultum hominumq; ornatum atq; obsequium parant. Taceo de fabrili, siue armatura, qua fidelia arma ad expellendos hostes fabricãtur, & alia plurima, quæ explicari sermone non valent. Si igitur fideliter dictas artes exercent, honestissimam vitã agũt: præsertim si non ad lucrum, sed ad reip. commune bonum intendant, & victum, non quæstum inde quærant. Tunc enim beatus est talis artifex, & bene erit ei, qui laborem manuum suarum manducat.

Veruntamen non desunt eas artes exercentibus miseriæ, calamitates, labores, atque pericula. Plenæ enim sunt dolis, & fraudibus: fabri vero plerunque sophistica, non vera fabricant, blandos vomeres cudunt, blanda arma atq; infidelia, molles gladios, & plerunq; toxicatos conficiunt carius fabrilia sua vẽdere conantur q̃ valeant. Rursus arma vẽdunt infidelibus, nec sua arte cõtenti, aliena inquirunt. De quibus ait Esaias, nunquid sculptile conflabit faber? O quot falsas ferri fabricationes, & pro calibe commutationes, quot sophisticata ferramẽta, quot falsas cementationes, quot lapides lignorumq; sculpturę, & picturæ falsas operationes machinantur? Aurifices vero quot metallorũ falsas connexiones, quot sophisticationes, quot dealbationes, quot deceptorias alchimicasq; operationes, nec repertas trãsmutationes, quot metallorum, ac monetarum falsas cõmutationes, Esa. 40. c.

quot inutiles & caducas deaurationes, pictu ras & colorationes, auricalchi pro auro, ſtanni pro argento, peſtiferas uenditiones, quot mineraliũ falſas perſcrutationes agant & conficiant, non facile dicere poſſemus.
Iere. 10.c. Sed uerum eſt illud Ieremiæ ad eos artifices, confuſus eſt, inquit, omnis artifex in ſculptilibus operibus ſuis. Fatemur igitur; artes ipſæ utiles ſunt, humana corpora nutriunt, ſed animos ad uirtutes non inducũt. Implẽtur marſurpia, ſed à mẽte nõ expellũt uitia.

CAP. XXVII. DE TERTIA ARte mechanica, videlicet, de nauigatoria, & artibus ei ſubalternatis: & de utilitate, & laudibus earum. Demum de laboribus, miſerijs, & periculis, quæ eas comitantur.

NAVIGATORIA ſiquidẽ tertio loco mechanicis artibus ſubalternãtur, quæ eadem cum mercatura uidetur: quędam tamen ſingularia tam vtilia, quam inutilia, tam dulcia quam amara, habere dignoſcitur. Illius autem neceſsitas, & utilitas ex eo patent, quoniam ſine illa tota pene hominum ſocietas, tota conuerſatio periret; & cum nulla prouincia, aut ciuitas ſola ſibi ſufficiat, ueluti ad quam omnia uitæ neceſſaria, & vtilia, per nauigantium ſuffragia facilius, & aptius res omnes deferũtur. Habetque certe altera ab altera quod ei deeſt: miniſtratq; quod ſupereſt. Demum omnes fere inſulæ perirent aut depopulatæ eſſent, niſi per nauigationes aditus ad eas haberetur. Adde, quia ſecundum Ariſtot. in politica: neceſſarium eſt regno aut ciuitati bene ordinatæ promptam habere nauigationem, ſi volũt eſſe liberi. Nã per nauigationem ſunt habiles, & parati ad laceſſendas, & propulſandas iniurias piratarum, & latrunculorum. Nauigantes denique multa

multa generi humano vtilia afferunt industriæ & sagacitatis. Sciunt enim vẽtos agnoscere, portus eligere securiores, futuras tempestates præuident, earũque ortus, & occasus præsciunt, speculantur suo studio aduẽtus aduersantium nauium. Demum nauigantium vita innocens atque honesta est. Nam & Christus nauiculam ascẽdit, & transfretauit. Apostoli idipsum sæpe fecerunt. Rursus ab illis omnibus cupiditatibus, libidinibus, & voluptatibus, quæ in terra ac ciuitatibus hominibus se offerunt, segregati sunt: & tanto Deo sunt deditiores, quanto proximiores periculis. Veruntamen habet ars ipsa non paruas miserias, calamitates, labores, atque pericula, prout vnicuique recte conspicienti facile intueri libet. Ea enim ars plena est miserijs, dolis, ac fraudibus. Taceo eius pericula, Si enim deessent qui naues fabricarent, nullus tanto periculo se exponeret. Quorum dementia sapiens miratur, inquiens, ponentes ratem in mari: committunt se & vitam suam paruo ligno, cum mare piscibus; terram autem deus dedit filijs hominum. Primus omnium, Romanis persuasit nauem cõscendere Claudius Caudex: ob hoc sic appellatus, quia plurimus tabularum con textus caudex apud antiquos vocatur: de quo dicit Seneca; non vtilem artem inuenisse. In primis itaque nauicularij, seu hanc exercentes artem, naues de ineptis putridisque lignis fabricant, paruo tempore duraturas: & dum homines se illis committunt, subito dum ludunt absorbentur. Quod periculum ex fraude nauiculariorum prouenire dignoscitur. Taceo quot latrocinia nauigantes, & piratæ in dies agunt, quot furta, quot rapinas, inter quos nulla fides, nulla veritas, nullus Dei timor, nec ad proximũ amor reperitur: sed qui potentior est paruas scafas inuadit. In alijs viuendi modis expilatores

clangores, tot vlulantium vociferationes? Et vt paucis multa comprehendam, in scripturis sanctis neminem sanctum venatorē legimus. Esau enim venator erat, quoniam peccator fuerat. Rursus inter venatores scriptura sacra Nembroth commemorat, qui robustus venator, & oppressor hominum appellatur. Denique venatores syluas quærūt, vbi venationis colore, peregrinantes spoliant, atque trucidant: hæc est eorum venatio, hæc aucupatio. Taceo de alia venationis specie oppressiua arenaria cum bestijs decertando. Et vt paucis agamus, venatores densa nemora, & solitudines inquirunt: non vt vitam solitariam agant, cui se ineptos sciunt; sed vt feris & volucribus conuiuant, quia hominum vitæ inhabiles sunt. Huic arti subalternantur macellariorum ars cœterorumque coquorū, atque cauponum officinæ, artes, quarum vsus potius voluptas, quàm necessitas induxit. Esus enim carnium ante diluuiū incognitus erat. Istorum artes vilissimæ sunt, & fraudibus plenę ac dolis, vt vnusquisque experitur. Vendunt enim carnes putridas, ouem pro vernece, hircum pro ariete, capram pro capreolo. Decipiunt in pondere, fraudat in precio, & in re ipsa seducunt. Quò fit, vt dum carnes vendunt, ementium corpora lædunt. De cæteris vero huius artis partibus multa dici possunt; puta de piscatura, & vinorum ciborumque apparatu, in quibus tot committuntur fraudes, vt pudor sit ea commemorare. Harum igitur artium studia, ventri non menti seruiunt. Tolerantur itaque, quatenus sufficiunt ad vitæ humanæ alimentum, & bonam corporis valetudinem.

86. di. ca. Esau.
Geñ. 10. b.

CAPIT. XXVIIII. DE QVINTA arte mechanica, videlicet, de agricultura, & de partibus eius: de cuius vtilitate, dulcore & amaritudine, supradiximus in decimoquinto & decimosexto capitulo.

CAPIT. XXX. DE ARTE PASTORALI, & de eius vtilitate, ac incommodis, miserijs, & laboribus.

PASTORVM quidem artem nonnulli agriculturæ, alij venatoriȩ attribuunt, vtrunq; sit, specialis de ea agendus est sermo. Est igitur vtilis pastorum, seu bubulcorum ars, atque ad vitæ humanæ indigentiam supplendam admodum necessaria. Hic igitur viuendi modus innocuus est, nemini officit, naturæ operi intendit, reipub. seruit, à multis est segregata facinoribus, & à peccandi occasionibus aliena, contemplationi proxima, inutilibus actionibus obuia, eamque vitæ formulam sancti prophetæ sectati sunt, & sub pastoris nomine, reges & prælatos appellarunt. Quippe cuius nomine glorioso Christus nuncupari voluit inquiens, ego sum pastor bonus. Ioan. 10. c

Veruntamen huius artis plurima sunt incõmoda, labores, atque pericula. Primo quidẽ vt putamus, vtilius hominibus foret homines, potius amare, colere, & alere, quàm pecora. Amant enim quæ nec se amari sciunt, nec amantibus vicem reddere possunt. Rursus si animalia per te paueris, occupatissimus bubulcus eris: si per alios pecora, bouesque pascis, tu non pastor modo, sed pastorum seruus eris. Sed & illorum furtis, fraudibus, & dolis necesse est credas, nunc pecora mortua afferent, nunc à feris laniata, nunc in præcipitium dedita, sed & quotidie noua, rumoresque adducent: ex quibus dolorem, mœstitiamq; concipies. Neq; eorum fraudes vitare valebis, vt rectè de eis dicat propheta. Omnes pastores præuaricati sunt. & iterum. Pastores suos pascit ventus videlicet auaritiæ. Contra quos alibi scribitur. Hier. 2. b. Væ pastoribus, qui dilacerãt gregem suum.

Adde, animalia ipsa, quæ tantopere alijs atq; custodibus, multis periculis sunt exposita, quæ tam crebra sunt, vt plerunque totum gregem exhauriant.

Vt paucis igitur agamus, vtilitas incerta est, certa solicitudo, dubium lucrum, manifesta pericula.

CAP. XXXI. DE SEXTA ARTE mechanica, videlicet, theatrica, & eius laudibus: & de partibus subalternatis & de diuersitate omnium ludorum: & de illorum vtilitate, damnis, & periculis.

THEATTRICA vero ars ludos respicit, dicta à theatro, vbi populus conueniebat. Hæc vero vitæ formula toleranda est, si ludis homines ad eum finem vtuntur, quibus instituti sunt. Teste enim philosopho propter publicam lætitiã homines prauis cupiditatibus, & nociuis voluptatibus retrahuntur, vt supra tetigimus. Cõferũt denique ludi ad recreationẽ humani corporis, vt vigorosius laboribus, & vtilibus artibus vacare possint. Ludus enim moderatus (teste phliosopho) cibus est animi. Nam vt inquit Seneca, Socrates ludere cum pueris nõ erubescebat. Et Cato laxabat animum curis paucis fatigatum. Idcirco legum conditores festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem publicè homines cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes tẽperamẽtum.

Veruntamen plurimæ sunt huius artis incommoditates, vanitates, miseriæ, atq; pericula. Inprimis igitur considerãdum est, quia, vt mihi satis videtur, apud catholicos theatrica ars minime ponenda, nec nominanda præcipitur. Nam vt, inquit, Isidorus: spectacula crudelitatis, inspectationes sunt vanitatis

quæ non ſolum hominum vitijs,ſed dæmonũ iuſſionibus inſtituta ſunt. Proinde nihil debere eſſe Chriſtiano cum circẽſi inſania, quæ dicitur theatrica, nec cum amphitheatrica crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia præſumit. Quinimo fidei chriſtianæ prævaricator efficitur, qui id denuo appetit, quod in baptiſmo iam pridem renunciauit, id eſt diabolo & operibus eius. Lucius Sylla, vt inquit Seneca, primus in circo leones ſolutos dedit. Pompeius primus elephantes poſuit ad ſpectacula: nec tamen commendantur bonam rem egiſſe, niſi bonum fuit more nouo perdere homines. Vnde ſubdit Seneca, Sanctum foret iſta in obliuionem ire. Præterea conſiderent frequentatores ludorum quod teſte Chryſoſt. ſuper illo verbo. Sedit populus cõmedere & bibere, & ſurrexit ludere: deus nõ dat ludere, ſed lugere: ſed diabolus dat ludere, ne lugeamus: & dum ludimus, illudimur. Adde, quia ludus non caret illuſione, à qua nomen accepit. Vnde Sarra vidit Iſmaelem ludentem cum Iſaac, in quo ludo, vt inquit Auguſtinus, vidit illuſionẽ, quæ ſignificabat deceptionem. Præterea dæmones delectantur in ludis vanis: quia vident homines eis libẽter intendere, & à via virtutis deuiare. Vnde in ſomno fuit à dæmonibus dictum cuidam Romano: vt ludi in vrbe inſtaurarentur, ſecundum Auguſtinum in quarto de ciuitate Dei. Denique in ludis rara eſt grauitas, prõpta eſt ſcurrilitas, vanitas, ſtultiloquium, verba ocioſa, mendacia, vanæ inſpectationes, libidinoſæ tractationes, in promptu eſt leuitas, abeſt modeſtia, nil aliud in his locis accidit, niſi breuis lætitia, paruum gaudiũ, magna temporis iactura, puerilis occupatio. Et, vt quidam ſapiens ait, ludorum expectator vanus, luſor inſanus, qui nec honeſte geritur, nec honeſte cernitur; adeò vt ignore-

mus an sit lusor insanior, aut spectator. Rursus multi fuere, quos natura mites fecerat, sed spectacula vitia docuere, crudelesq; effecere. Nil enim potentius in memoriam descendit, quàm quod visu conspicitur, audita facile volant, conspectæ res hærent, etiam inuitis. Fugienda ergo sunt ludorum spectacula, vbi ad horam gaudemus, vt diutius doleamus, & semper videamus, quod vidisse semper displiceat. Porro ludorum varia esse genera cõstat, quæ docuit antiqua illusio. Alij enim alijs delectantur ludis, quidam spectaculis ferarum, quidam histrionibus, quidam palestris, quidam aleis, sed vbique vanitas. Quid enim tauros, quid feras publicè interfici, delectationis habet? quasi non sufficiat bellorum cruor in castris, vrbibusque dietim effusus. De palestris vero atque torneamentis quid dici potest? Vbi inspector vaniloquus miles insanior. Fit enim seruus totius vrbis, in quo ludo sæpe vilior omniũ victor euadit. De histrionum morionumque vita, quid dici potest? Nescio quis insipiétior euadat, an histrio, vel qui de histrione ridet: forte qui pecunias effundit, vanior est. Quoties enim histriones de se dominos ridentes vident, toties ipsi mirantur dementiam se mirantiũ. Sæpe certè histrio, aliquid fingit, quo falsò audientes delectat seuere. Alearum vero & taxillorum lusores, adeò spurcissimam artem exercent, vt in ea arte quanto doctiores, tanto nequiores habeantur. De quibus philosophus in Politicis ait, quia aleatores mortuorum spoliatores, & latrones, turpes lucratores sunt. Lucri enim gratia opprobria sustinent. Vnde & Themistocles, grauissimos viros, & reip. curam gerentes, à ludis leuioribusque solatijs arcendos decreuit, ne resp. ludere videretur. Ipse denique dicebat: sanctius esse ociari, quàm turpiter solatiari. Ludos verò innoxios, ad recreationẽ,

&

& temporis deductionem, Christianis non nego, vt musicis instrumentis, vt videbis statim, cum de musica agemus: quæ prætermittuntur pro loco & tempore.

CAPIT. XXXII. DE SEPTIMA arte mechanica, videlicet medicina, & de eius necessitate, & vtilitate, & laudibus. Demum de illius abusu, laboribus, & periculis.

MEDICINAE vero ars, fateor inter mechanicas, nobilior est, tanquàm à natura ipsa hominibus donata: quinimò vitæ humanę plurimũ necessaria, atq; à deo immortali laudata, & honorari iussa, qua corporũ morbi curantur, & vitæ interstitia cõseruãtur. Deniq; ipsa huius artis naturalis inquisitio commendatissima est. Et, vt paucis agam, vtilis admodum, & accommoda medicina est, quæ nedum corpora ipsa curat, sed liberiorem ad vacandũ animam reddit. Nam philosopho teste, ex bona corporis valetudine crescunt vires animi, & bona corporis dispositio, animã quoque iuuat, & ad optima quæque disponit. Sed fateor, laudãda plurimum ars medicinæ esset, si bonum subiectum, si virtuti deditum reperit, si denique idipsum sciẽdi genus optimum, ac naturalibus scientiis, infallibilibusque fundamentis communitum, prius medici addiscerent, quàm exequerentur. Sicut enim (vt aiunt) vnusquisque id agit fęliciter quod optime nouit; ita qui principia medicinæ ignorat, cuius finis sanitas existat, vt sanum ægrotum reddat necesse est. Vidi ego plurimos heri aromatarios, hodie medicos heri barbarum rasores, hodie morborũ grauium censores; heri herbas cæteraque materialia in apothecis commiscentes, hodie in

principium aulis morbos iudicantes. Si enim etiam sanando vix nomen boni medici quisque assumit: quonam pacto necando medicandi titulum sibi vendicabit? Quibusdam itaque his similibus me aliquando febricitantem visitantibus, atque remedia pollicentibus, sed & causas morbi iudicare conantibus, illud ad Philippum (vt actibus in apostolorum legimus) dicebam, putas ne intelligis quæ dicis? Quibus dicentibus, etiã, ego iterum cum eodem eunucho addebam: quomodo scire poteris, cum aliquis te non docuerit? Mira certe res est, vt enim, inquit, Hierony, fullones, metallarij, fabri, lignorum cæsores, ipsa quoque vilia officia exercentes, absque doctore esse non possunt, nec experiri audent quæ non nouerunt. sola est medicandi ars, quã sibi passim vnusquisque vendicat. Alij enim à crebro infirmantibus medicinam addiscunt. Alij à fœminis vt viros curent. Alij ab infidelibus audiunt, vt fideles necẽt. Alij nescio in quibus libellis legunt, quæ in varjs corporibus vniformiter exequantur, & vt aiunt, vno collirio ab eis incognito, omnium oculos volunt curare. quo fit, vt cæcus arte, natura videntem cæcum faciat. Hi medicinã nesciẽtes, medicina abutuntur, & artem egregiam, quam non nouerunt profitentur. Medicinæ excellenti & illustri nomine gloriantur, quippe quæstus gratia, pecuniam vt finem quærunt. Præmium certe vero medico non modo exiguum, sed sordidum, & tanto labori impar, nec ingenio dignum. Ex quibus huius artis difficultates, & incommoda in promptu sunt dum viris excellentibus non creditur, & hac laudatissima arte abutentibus præmia dantur. Adde, quia multa millia hominum talium medicorum insipientia, aut experientia forte moriuntur: & dum vnum morbum curare satagunt, plures inducunt. Assuefa-

Actu. 8.f

ciuntque miseros ægros, vt sine medicinis viuere non valeant, quas nisi alijs parandis minime ipsi tangunt nec degustant. Cætera hominum genera fœlicem aurã, bonamque temporis dispositionem optant. Medici vero aut insaniam, aut pestiferam, omnes infirmos esse præter se, & suos desiderãt. Quos quidam sapiens similes dicit eis, qui funera ad corpora hominum sepelienda deferunt. Quos Demosthenes Athenis damnauit exilio, eo solo, quia optabant plurimos mori, vt inde lucrum caperent: quod contingere non potest sine multorum morte. Taceo quot morborum prolongationes, quot pestiferas potiones, quot infirmitatum comminationes miseris infirmis ingerunt; & quos abstinentia, aut simplici victu, quippe vel herba, si sciret, curare poterant, sumptuosis vltra mariuis quippe adulterinis materialibus, quæ ipsi aut vendunt, aut illorum lucrũ participãt, nõ curare sed potius inficere humana corpora moliũtur. Rursus medici causas & naturas ægritudinum dicũt subtiliter, dantque sanitatem verbotenus, adeo, vt sicut quidam sapiens dicebat, cum eos audimus mortuos posse suscitare, credimus; paulo tamen post cernimus inanem esse eandem sanitatis spem, quàm illico insperata mors intercipit. Sed quid plura? Absit, vt de medicis quicquam sinistre dicam. In manibus enim illorum sæpe meis peccatis incido. Itaque mihi cæterisque mortalibus sanum foret consilium eos non exasperare verbis, sed demulcere obsequijs. Quare nec ego sentire audeo, quod omnes clamant: latrones enim sicarij, venefici, homines inhumaniter occidunt, medici tamen humanissime, atque officiosissime, & solenniter interimunt. Et si qui aut diuino munere, aut naturæ vigore conualescunt, ipsam diuinam gratiam ipsisque

multipliciter agunt. Quis enim exprimere possit, quod sophisticatas telas conficiunt; quod filorum falsas commixtiones adijciũt, quot furta; quot rapinas cõmittunt. Texunt plerunq; leues pannos, bonam furantes, inutilem lanam apponentes, falso põdere librãt. Taceo fallacias in filando, male torquendo, dolos in texendo, falsos adulterinosq; colores intingendo. Taceo denique sutorum fraudes, ac furta, qui vix nisi ex furto vescuntur. Harum itaque artium fraudes, atque miserias sacra scriptura commemorat inquiens per prophetam, væ væ filij deserti, qui facitis & ordimini telam, sed non per spiritum meum. Et alibi, telas araneæ texuerunt. Quare alius propheta in eos vehementer exarsit. Ait enim: qui intelligit te, præcipitabit te, & telam, quã orditus es fraudulenter. Et Esaias; confundentur, inquit, qui operantur lanam & linum plectentes & rete nõ texentes. Hi enim artifices auaritiæ seruientes, vestes conficiunt lino, lanaq; contextas, dum idipsum non modo ad literam agunt, sed suis artibus non contenti, ad alienas pariter transeunt. Sũt igitur artes ipsæ, & eis similes recte mæchanicæ, quia mœchantur, & non perficiũt intellectum, nec viam virtutibus parant.

Esa. 30. a.

CAPIT. XXVI. DE SECVNDA arte mechanica, videlicet, fabrili, armatura aut architectonica, & de partibus eius, & de vtilitate eius, & prærogatiuis illarum, & de incommodis, miserijs, & oneribus earum.

FABRILIS siue armatura secunda est ars mæchanica, sub qua carpentaria, lignaria, marmoraria, aurificium, & quicquid lignis, lapidibus, aut metallis fabricatur.

Harum quidẽ artium summa est necessitas


atque vtilitas. Per eas enim necessitatibus hominum subuenitur. Nisi enim ędificia forent, nec homines subsistere possent, omnisq; politia, conuersatio, & diuinus cultus perderentur. Quid enim pulchrum, quid iucundum in orbe foret, nisi vrbes, nisi domus, nisi templa essent? Nam homines veluti fera animalia in speluncis latitarent. Aurificum vero & metallorum, & sequatium studia, & artes, non modò honesta, sed iucunda & vtilia sunt, qui vasa ad Dei cultum hominumq; ornatum atq; obsequium parant. Taceo de fabrili, siue armatura, qua fidelia arma ad expellendos hostes fabricãtur, & alia plurima, quæ explicari sermone non valent. Si igitur fideliter dictas artes exercent, honestissimam vitã agũt: præsertim si non ad lucrum, sed ad reip. commune bonum intendant, & victum, non quæstum inde quærant. Tunc enim beatus est talis artifex, & bene erit ei, qui laborem manuum suarum manducat.

Veruntamen non desunt eas artes exercentibus miseriæ, calamitates, labores, atque pericula. Plenæ enim sunt dolis, & fraudibus: fabri vero plerunque sophistica, non vera fabricant, blandos vomeres cudunt, blanda arma atq; infidelia, molles gladios, & plerunq; toxicatos conficiunt carius fabrilia sua vẽdere conantur q̃ valeant, Rursus arma vẽdunt infidelibus, nec sua arte cõtenti, aliena inquirunt. De quibus ait Esaias, nunquid sculptile conflabit faber? O quot falsas ferri fabricationes, & pro calibe commutationes, quot sophisticata ferramẽta, quot falsas cementationes, quot lapides lignorumq; sculpturę, & picturæ falsas operationes machinantur? Aurifices vero quot metallorũ falsas connexiones, quot sophisticationes, quot dealbationes, quot deceptorias alchimicasq; operationes, nec repertas trãsmutationes, quot metallorum, aç monetarum falsas cõmutationes, Esa. 40. c.

quot inutiles & caducas deaurationes, pictu ras & colorationes, auricalchi pro auro, ſtanni pro argento, peſtiferas uenditiones, quot mineraliū falſas perſcrutationes agant & conficiant, non facile dicere poſſemus.

Iere. 10.c. Sed uerum eſt illud Ieremiæ ad eos artifices, confuſus eſt, inquit, omnis artifex in ſculptilibus operibus ſuis. Fatemur igitur; artes ipſæ utiles ſunt, humana corpora nutriunt, ſed animos ad uirtutes non inducūt. Implētur marſurpia, ſed à mēte nō expellūt uitia.

CAP. XXVII. DE TERTIA ARte mechanica, videlicet, de nauigatoria, & artibus ei ſubalternatis: & de utilitate, & laudibus earum. Demum de laboribus, miſerijs, & periculis, quæ eas comitantur.



AVIGATORIA ſiquidē tertio loco mechanicis artibus ſubalternātur, quæ eadem cum mercatura uidetur: quędam tamen ſingularia tam vtilia, quam inutilia, tam dulcia quam amara, habere dignoſcitur. Illius autem neceſsitas, & utilitas ex eo patent, quoniam ſine illa tota pene hominum ſocietas, tota conuerſatio periret; & cum nulla prouincia, aut ciuitas ſola ſibi ſufficiat, ueluti ad quam omnia uitæ neceſſaria, & vtilia, per nauigantium ſuffragia facilius, & aptius res omnes deferūtur. Habetque certe altera ab altera quod ei deeſt: miniſtratq; quod ſupereſt. Demum omnes fere inſulæ perirent aut depopulatæ eſſent, niſi per nauigationes aditus ad eas haberetur. Adde, quia ſecundum Ariſtot. in politica: neceſſarium eſt regno aut ciuitati bene ordinatæ promptam habere nauigationem, ſi volūt eſſe liberi. Nā per nauigationem ſunt habiles, & parati ad laceſſendas, & propulſandas iniurias piratarum, & latrunculorum. Nauigantes denique multa

multa generi humano vtilia afferunt industriæ & sagacitatis. Sciunt enim vētos agnoscere, portus eligere securiores, futuras tempestates præuident, earūque ortus, & occasus præsciunt, speculantur suo studio aduētus aduersantium nauium. Demum nauigantium vita innocens atque honesta est. Nam & Christus nauiculam ascēdit, & transfretauit. Apostoli idipsum sæpe fecerunt. Rursus ab illis omnibus cupiditatibus, libidinibus, & voluptatibus, quæ in terra ac ciuitatibus hominibus se offerunt, segregati sunt: & tanto Deo sunt deditiores, quanto proximiores periculis. Veruntamen habet ars ipsa non paruas miserias, calamitates, labores, atque pericula, prout vnicuique recte conspicienti facile intueri libet. Ea enim ars plena est miserijs, dolis, ac fraudibus. Taceo eius pericula, Si enim deessent qui naues fabricarent, nullus tanto periculo se exponeret. Quorum dementia sapiens miratur, inquiens, ponentes ratem in mari: committunt se & vitam suam paruo ligno, cum mare piscibus; terram autem deus dedit filijs hominum. Primus omnium, Romanis persuasit nauem cōscendere Claudius Caudex: ob hoc sic appellatus, quia plurimus tabularum con textus caudex apud antiquos vocatur: de quo dicit Seneca; non vtilem artem inuenisse. In primis itaque nauicularij, seu hanc exercentes artem, naues de ineptis putridisque lignis fabricant, paruo tempore duraturas: & dum homines se illis committunt, subito dum ludunt absorbentur. Quod periculum ex fraude nauiculariorum prouenire dignoscitur. Taceo quot latrocinia nauigantes, & piratæ in dies agunt, quot furta, quot rapinas, inter quos nulla fides, nulla veritas, nullus Dei timor, nec ad proximū amor reperitur: sed qui potentior est paruas scafas inuadit. In alijs viuendi modis expilatores

sunt pessimæ conditionis. in hac misera arte qui plura deprædatur, eo amplius præmiatur, & archipirata, ac magnarum classium princeps constituitur. Nec refero quot homines in mari submerguntur, aut certè interficiuntur: nec ditantur nauigantes, nisi cum aliorum spolijs. Piratas enim, & hostes fidei dimittunt, fideles peregrinantes, & mercatores inermes insequuntur. Tandem nauigantes quos apprehendere nō valent, periclitari cogunt. Miserum certe genus hominum in quibus nullum est humanitatis vestigium. Cum enim natura ipsa impellente, naufragantibus homines compatiantur, hi tamen naues periclitantes, quas tueri deberent, rapiunt dātes afflictionem afflictis. Adde, quia vtilis, & secura esset nauigatoria ars, si aer, si venti, si maris fluctus, si scopuli rapidi nauigantibus obedirent. Sed longè certior est tempestas, quam tranquillitas nauigantibus. Denique parua sunt terræ pericula, nisi maris discrimina experiantur. Non enim solum nauigantibus pericula imminent ab hostibus, sed à mari: sed à piscibus, quibus tutius foret inter homines, quam inter delphines conuersari, qui carnes humanas sitiunt. Et vt paucis agam, nauigantes id habent, vt periculis suis gaudeant. Scriptum est per sapientem: qui nauigant mare: enarrant pericula. Hinc & propheta dicebat: vlulate naues in die pauoris maris. Sunt igitur hę artes eatenus vtiles, & commendandæ, quatenus earum artifices eis ita vtuntur, vt institutæ noscuntur.

CAPIT. XXVIII. DE QVARTA arte mechanica, videlicet, de venatoria, & artibus ei ſubalternatis: & de laudibus, & vtilitate earum: & de laboribus, miſerijs, & periculis, quæ eas comitantur.



ENATORIA quarta ars mechanica, ſub qua omnis ferarum, auiumque aucupatio, & piſcatura, earumque rerum paratura continetur, vt ſupra tetigimus: quarum artium vtilitatem nullus ignorat. Eſt enim in primis delectabilis, atq; ad exercitationē, deductionēque temporis accōmodata, & ad modeſtā hominum recreationē inſtituta: quippe & ad ſalutē corporis per utilis, ſi debitis loco, tēpore, & fine bono eis fruantur. Adde, quia toleranda eſt, ſi ob neceſſitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatē ſine ſtrepitu & clamore exercetur.

Sed iam huius artis, & vitæ incommoda, labores atque miſerias, ſimul & pericula commemoremus. In primis itaque quis prudens gaudium ſuum in fugaciſsimis rebus collocauit? Deinde venatui vacans, melioris negotij diem perdit. Quid de periculis corporis dicam? Quot foueas venatores præcipites incurrunt? Aquas, quoque ſtagna, ſyluas, non ſine diſcrimine percurrunt. Reges verò, & magnates, & ſi quoties armis non vacant, venationi ſe dedant, inter cætera tamē incōmoda, illud paruum non eſt, quia laſsitudinem, ſenectutem, pluresq; ex ea infirmitates nāciſcuntur, & vt dici ſolet: paruo ſolatio, plures mœſtitiæ comparantur. Quid dicam de temporis amiſſione, inutili occupatione, fructus modicitate, & tandem punibili vanitate? Quæ enim maior vanitas, quàm quòd poſt paruam beſtiolam, leporem, natura ipſa timidam, tot currunt reges, tot milites, tot curſores, tot buccinarū & comitum

clangores, tot vlulantium vociferationes? Et vt paucis multa comprehendam, in scripturis sanctis neminem sanctum venatorē legimus. Esau enim venator erat, quoniam peccator fuerat. Rursus inter venatores scriptura sacra Nembroth commemorat, qui robustus venator, & oppressor hominum appellatur. Denique venatores syluas quærūt, vbi venationis colore, peregrinantes spoliant, atque trucidant: hæc est eorum venatio, hæc aucupatio. Taceo de alia venationis specie oppressiua arenaria cum bestijs decertando. Et vt paucis agamus, venatores densa nemora, & solitudines inquirunt: non vt vitam solitariam agant, cui se ineptos sciunt; sed vt feris & volucribus conuiuant, quia hominum vitæ inhabiles sunt. Huic arti subalternantur macellariorum ars cæterorumque coquorū, atque cauponum officinæ, artes, quarum vsus potius voluptas, quàm necessitas induxit. Esus enim carnium ante diluuiū incognitus erat. Istorum artes vilissimæ sunt, & fraudibus plenę ac dolis, vt vnusquisque experitur. Vendunt enim carnes putridas, ouem pro vernece, hircum pro ariete, capram pro capreolo. Decipiunt in pondere, fraudāt in precio, & in re ipsa seducunt. Quò fit, vt dum carnes vendunt, ementium corpora lædunt. De cæteris vero huius artis partibus multa dici possunt; puta de piscatura, & vinorum ciborumque apparatu, in quibus tot committuntur fraudes, vt pudor sit ea commemorare. Harum igitur artium studia, ventri non menti seruiunt. Tolerantur itaque, quatenus sufficiunt ad vitæ humanæ alimentum, & bonam corporis valetudinem.

86. di. ca. Esau.
Gen. 10. b.

CAPIT. XXVIIII. DE QVINTA arte mechanica, videlicet, de agricultura, & de partibus eius: de cuius vtilitate, dulcore & amaritudine, supradiximus in decimoquinto & decimosexto capitulo.

CAPIT. XXX. DE ARTE PASTORALI, & de eius vtilitate, ac incommodis, miserijs, & laboribus.

PASTORVM quidem artem nonnulli agriculturæ, alij venatoriæ attribuunt, vtrunq; sit, specialis de ea agendus est sermo. Est igitur vtilis pastorum, seu bubulcorum ars, atque ad vitæ humanæ indigentiam supplendam admodum necessaria. Hic igitur viuendi modus innocuus est, nemini officit, naturæ operi intendit, reipub. seruit, à multis est segregata facinoribus, & à peccandi occasionibus aliena, contemplationi proxima, inutilibus actionibus obuia, eamque vitæ formulam sancti prophetæ sectati sunt, & sub pastoris nomine, reges & prælatos appellarunt. Quippe cuius nomine glorioso Christus nuncupari voluit inquiens, ego sum pastor bonus. Ioan. 10. c

Veruntamen huius artis plurima sunt incõmoda, labores, atque pericula. Primo quidẽ vt putamus, vtilius hominibus foret homines, potius amare, colere, & alere, quàm pecora. Amant enim quæ nec se amari sciunt, nec amantibus vicem reddere possunt. Rursus si animalia per te paueris, occupatissimus bubulcus eris: si per alios pecora, bouesque pascis, tu non pastor modo, sed pastorum seruus eris. Sed & illorum furtis, fraudibus, & dolis necesse est credas, nunc pecora mortua afferent, nunc à feris laniata, nunc in præcipitium dedita, sed & quotidie noua, rumoresque adducent: ex quibus dolorem, mœstitiamq; concipies. Neq; eorum fraudes vitare valebis, vt rectè de eis dicat propheta. Omnes pastores præuaricati sunt. & iterum. Pastores suos pascit ventus, videlicet auaritiæ. Contra quos alibi scribitur. Hier. 2. b. Væ pastoribus, qui dilacerãt gregem suum.

Adde, animalia ipsa, quæ tantopere alijs atq; custodibus, multis periculis sunt exposita, quæ tam crebra sunt, vt plerunque totum gregem exhauriant.

Vt paucis igitur agamus, vtilitas incerta est, certa solicitudo, dubium lucrum, manifesta pericula.

CAP. XXXI. DE SEXTA ARTE mechanica, videlicet, theatrica, & eius laudibus: & de partibus subalternatis & de diuersitate omnium ludorum: & de illorum vtilitate, damnis, & periculis.

THEATTRICA vero ars ludos respicit, dicta à theatro, vbi populus conueniebat. Hæc vero vitæ formula toleranda est, si ludis homines ad eum finem vtuntur, quibus instituti sunt. Teste enim philosopho propter publicam lætitiã homines prauis cupiditatibus, & nociuis voluptatibus retrahuntur, vt supra tetigimus. Coferũt denique ludi ad recreationẽ humani corporis, vt vigorosius laboribus, & vtilibus artibus vacare possint. Ludus enim moderatus (teste phliosopho) cibus est animi. Nam vt inquit Seneca, Socrates ludere cum pueris nõ erubescebat. Et Caro laxabat animum curis paucis fatigatum. Idcirco legum conditores festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem publicè homines cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes tẽperamẽtum.

Veruntamen plurimæ sunt huius artis incommoditates, vanitates, miseriæ, atq; pericula. Inprimis igitur considerãdum est, quia, vt mihi satis videtur, apud catholicos theatrica ars minime ponenda, nec nominanda præcipitur. Nam vt, inquit, Isidorus: spectacula crudelitatis, inspectationes sunt vanitatis

quæ non solum hominum vitijs, sed dæmonũ iussionibus instituta sunt. Proinde nihil debere esse Christiano cum circẽsi insania, quæ dicitur theatrica, nec cum amphitheatrica crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia præsumit. Quinimo fidei christianæ præuaricator efficitur, qui id denuo appetit, quod in baptismo iam pridem renunciauit, id est diabolo & operibus eius. Lucius Sylla, vt inquit Seneca, primus in circo leones solutos dedit. Pompeius primus elephantes posuit ad spectacula: nec tamen commendantur bonam rem egisse, nisi bonum fuit more nouo perdere homines. Vnde subdit Seneca, Sanctum foret ista in obliuionem ire. Præterea considerent frequentatores ludorum quod teste Chrysost. super illo verbo. Sedit populus comedere & bibere, & surrexit ludere: deus nõ dat ludere, sed lugere: sed diabolus dat ludere, ne lugeamus: & dum ludimus, illudimur. Adde, quia ludus non caret illusione, à qua nomen accepit. Vnde Sarra vidit Ismaelem ludentem cum Isaac, in quo ludo, vt inquit Augustinus, vidit illusionẽ, quæ significabat deceptionem. Præterea dæmones delectantur in ludis vanis: quia vident homines eis libẽter intendere, & à via virtutis deuiare. Vnde in somno fuit à dæmonibus dictum cuidam Romano: vt ludi in vrbe instaurarentur, secundum Augustinum in quarto de ciuitate Dei. Denique in ludis rara est grauitas, prõpta est scurrilitas, vanitas, stultiloquium, verba ociosa, mendacia, vanæ inspectationes, libidinosæ tractationes, in promptu est leuitas, abest modestia, nil aliud in his locis accidit, nisi breuis lætitia, paruum gaudiũ, magna temporis iactura, puerilis occupatiò. Et, vt quidam sapiens ait, ludorum expectator vanus, lusor insanus, qui nec honeste geritur, nec honeste cernitur; adeò vt ignore-

mus an fit lusor insanior, aut spectator. Rursus multi fuere, quos natura mites fecerat, sed spectacula vitia docuere, crudelesq; effecere. Nil enim potentius in memoriam descendit, quam quod visu conspicitur, audita facile volant, conspectæ res hærent, etiam inuitis. Fugienda ergo sunt ludorum spectacula, vbi ad horam gaudemus, vt diutius doleamus, & semper videamus, quod vidisse semper displiceat. Porro ludorum varia esse genera cōstat, quæ docuit antiqua illusio. Alij enim alijs delectantur ludis, quidam spectaculis ferarum, quidam histrionibus, quidam palestris, quidam aleis, sed vbique vanitas. Quid enim tauros, quid feras publicè interfici, delectationis habet? quasi non sufficiat bellorum cruor in castris, vrbibusque dietim effusus. De palestris vero atque torneamentis quid dici potest? Vbi inspector vaniloquus miles insanior. Fit enim seruus totius vrbis, in quo ludo sæpe vilior omniū victor euadit. De histrionum morionumque vita, quid dici potest? Nescio quis insipiētior euadat, an histrio, vel qui de histrione ridet: forte qui pecunias effundit, vanior est. Quoties enim histriones de se dominos ridentes vident, toties ipsi mirantur dementiam se mirantiū. Sæpe certè histrio, aliquid fingit, quo falsò audientes delectat seuere. Alearum vero & taxillorum lusores, adeò spurcissimam artem exercent, vt in ea arte quanto doctiores, tanto nequiores habeantur. De quibus philosophus in Politicis ait, quia aleatores mortuorum spoliatores, & latrones, turpes lucratores sunt. Lucri enim gratia opprobria sustinent. Vnde & Themistocles, grauissimos viros, & reip. curam gerentes, à ludis leuioribusque solatijs arcendos decreuit, ne resp. ludere videretur. Ipse denique dicebat: sanctius esse ociari, quàm turpiter solatiari. Ludos vero innoxios, ad recreationē,
&

& temporis deductionem, Christianis non nego, vt musicis instrumentis, vt videbis statim, cum de musica agemus: quæ prætermittuntur pro loco & tempore.

CAPIT. XXXII. DE SEPTIMA arte mechanica, videlicet medicina, & de eius necessitate, & vtilitate, & laudibus Demum de illius abusu, laboribus, & periculis.

MEDICINAE vero ars, fateor inter mechanicas, nobilior est, tanquàm à natura ipsa hominibus donata: quinimò vitæ humanę plurimũ necessaria, atq; à deo immortali laudata, & honorari iussa, qua corporũ morbi curantur, & vitæ interstitia cõseruãtur Deniq; ipsa huius artis naturalis inquisitio commendatissima est. Et, vt paucis agam, vtilis admodum, & accommoda medicina est, quæ nedum corpora ipsa curat, sed liberiorem ad vacandũ animam reddit. Nam philosopho teste, ex bona corporis valetudine crescunt vires animi, & bona corporis dispositio, animã quoque iuuat, & ad optima quæque disponit. Sed fateor, laudãda plurimum ars medicinæ esset, si bonum subiectum, si virtuti deditum reperit, si denique idipsum sciẽdi genus optimum, ac naturalibus scientiis, infallibilibusque fundamentis communitum, prius medici addiscerent, quàm exequerentur. Sicut enim (vt aiunt) vnusquisque id agit feliciter quod optime nouit; ita qui principia medicinæ ignorat, cuius finis sanitas existat, vt sanum ægrotum reddat necesse est. Vidi ego plurimos heri aromatarios, hodie medicos heri barbarum rasores, hodie morborũ grauium censores, heri herbas cæteraque materialia in apothecis commiscentes: hodie in

principium aulis morbos iudicantes. Si enim etiam sanando vix nomen boni medici quisque assumit: quonam pacto necando medicandi titulum sibi vendicabit? Quibusdam itaque his similibus me aliquando febricitantem visitantibus, atque remedia pollicentibus, sed & causas morbi iudicare conantibus, illud ad Philippum (vt actibus in apostolorum legimus) dicebam, putas ne intelligis quæ dicis? Quibus dicentibus, etiã, ego iterum cum eodem eunucho addebam: quomodo scire poteris, cum aliquis te non docuerit? Mira certe res est, vt enim, inquit, Hierony, fullones, metallarij, fabri, lignorum cæsores, ipsa quoque vilia officia exercentes, absque doctore esse non possunt, nec experiri audent quæ non nouerunt. sola est medicandi ars, quã sibi passim vnusquisque vendicat. Alij enim à crebro infirmantibus medicinam addiscunt. Alij à fœminis vt viros curent. Alij ab infidelibus audiunt, vt fideles necẽt. Alij nescio in quibus libellis legunt, quæ in varjs corporibus vniformiter exequantur, & vt aiunt, vno collirio ab eis incognito, omnium oculos volunt curare. quo fit, vt cæcus arte, natura videntem cæcum faciat. Hi medicinã nesciẽtes, medicina abutuntur, & artem egregiam, quam non nouerunt profitentur. Medicinæ excellenti & illustri nomine gloriantur, quippe quæstus gratia, pecuniam vt finem quærunt. Præmium certè vero medico non modo exiguum, sed sordidum, & tanto labori impar, nec ingenio dignum. Ex quibus huius artis difficultates, & incommoda in promptu sunt dum viris excellentibus non creditur, & hac laudatissima arte abutentibus præmia dantur. Adde, quia multa millia hominum talium medicorum insipientia, aut experientia forte moriuntur: & dum vnum morbum curare satagunt, plures inducunt. Assuefa-

Actu. 8.f

ciuntque miseros ægros, vt sine medicinis viuere non valeant, quas nisi alijs parandis minime ipsi tangunt nec degustant. Cætera hominum genera fœlicem aurã, bonamque temporis dispositionem optant. Medici vero aut insaniam, aut pestiferam, omnes infirmos esse præter se, & suos desiderãt. Quos quidam sapiens similes dicit eis, qui funera ad corpora hominum sepelienda deferunt. Quos Demosthenes Athenis damnauit exilio, eo solo, quia optabant plurimos mori, vt inde lucrum caperent: quod contingere non potest sine multorum morte. Taceo quot morborum prolongationes, quot pestiferas potiones, quot infirmitatum comminationes miseris infirmis ingerunt; & quos abstinentia, aut simplici victu, quippe vel herba, si sciret, curare poterant, sumptuosis vltra mariuis quippe adulterinis materialibus, quæ ipsi aut vendunt, aut illorum lucrũ participãt, nõ curare sed potius inficere humana corpora moliũtur. Rursus medici causas & naturas ægritudinum dicũt subtiliter, dantque sanitatem verbotenus, adeo, vt sicut quidam sapiens dicebat, cum eos audimus mortuos posse suscitare, credimus; paulo tamen post cernimus inanem esse eandem sanitatis spem, quàm illico insperata mors intercipit. Sed quid plura? Absit, vt de medicis quicquam sinistre dicam. In manibus enim illorum sæpe meis peccatis incido. Itaque mihi cæterisque mortalibus sanum foret consilium eos non exasperare verbis, sed demulcere obsequijs. Quare nec ego sentire audeo, quod omnes clamant: latrones enim sicarij, venefici, homines inhumaniter occidunt; medici tamen humanissime, atque officiosissime, & solenniter interimunt. Et si qui aut diuino munere, aut naturæ vigore conualescunt, ipsam diuinam gratiam ipsisque

beneficium pecunia vendunt, dum sibi sanitatem attribuunt. Nec indignentur medici, ꝙ eorum artem mechanicam dixerim. Nam dicere possunt incongrue medicinam esse mechanicam, quia est de corpore humano, ex ea parte, qua infirmatur & sanatur. Quod quidē corpus est intellectiuum. Quibus dicendum est, secundum Alfarabium: ꝙ hoc non probat medicinam non esse mechanicam. Primò, quia licet sit de corpore humano, non tamē operatur in eo medicina propriè secundum quòd est intellectiuum, sed secundum quòd est sensitiuum & vegetatiuum. Medicinæ autem ad hoc valent, primò vt iuuetur vegetatiua potentia, & sensitiua in operibus suis. Fateor tamen, quod aliquando accidit, vt inde iuuetur intellectiua: quia sedatis doloribus, liberius vacatur operibus intellectiuis. Secundo hoc patet: quoniam Aristo. in libro de animalibus, tradit doctrinam de humano corpore, simul cum doctrina brutali: tamen naturalis scientia speculatiua est, medicina vero est operatina, & mechanica

CAP. XXXIII. DE ARTE MERcandi & vendendi, quæ ipsa mechanica est, & sub nauigatoria continetur, & de eius necessitate & vtilitate, & demum de illius infęlicitate, fraudibus, dolis, atque periculis.

MERCATVRA verò, quæ ad nauigatoriā pertinet, vtilis admodum est, ad supplendas inopias prouinciarum, & sine illa commertiū inter homines haberi vix posset. Huius autem mercatoriæ artis tres sunt partes, vt philosophus ait primo Politic. scilicet maritima, id est, per maria ferens merces, quæ nauigatoria dici potest. secunda est oneraria, tertia est assistens, qua quis assistit mercatoribus in pecuniæ, & alia-

rum rerum commutationibus: quæ omnes mercaturæ species à Plutarcho cruribus corporis humani rectè comparãtur: veluti enim crura hominis huc atque illuc discurrunt pro necessarijs humani corporis; sic mercatores pro necessitate corporis reipublicæ, Rursus sicut coxæ, & tibiæ sustentant corpus, sic mercatores rempublicam suis mercibus sustinent. Ex quibus aperte conspicitur necessitas, & vtilitas huius artis: quare meritò, vt ait Hugo, commendabilis est, veluti quæ diuersas, ignotasque gentes conciliat, bella sedat, pacem firmat, & tandem priuata bona ad communem omnium vsum immutat. Est igitur mercatura non modò necessaria, sed accommodata vtilisq; reipublicæ, &, vt inquit philosophus, non infimum viuendi genus, si ipsorum mercatorum finis ad releuandas indigentias communis reipublicæ tendit: sed si cupiditatis gratia quis mercaturã exercet, vix erit innocẽs. Sũt enim eius artis incommoda, & pericula plurima, idque ex eo maxime constat, quoniam, secundum sententiam sanctorum, vix mercatura sine peccato potest exerceri.

Quis enim huius artis dolos, fraudes iniquitates, & scelera, narrare potest? Profectò non est dictu facile. Et vt cætera taceã, quot falsæ rerũ venalium laudationes? quot mentitæ rerũ emptibilium vituperationes? quot defectuum occultationes? quot falsæ aut diminutæ mẽsurationes & ponderationes? quot falsæ mercantium commixtiones? quot mẽdacia? quot periuria? Contra quos inquit Ambro: O mercator seculi, comparator inferni, cur in fraudem & deceptionem conuertis naturæ industriam? Cur affectas rerum defectus? Cur optas pauperibus sterilitatem? vt domui tuæ compares dolosam fœcunditatem? Exploras quando erit sterilior prouentus, quando rerum inopia. Hanc vocas

induſtriam, quæ potius eſt calliditatis,& cupiditatis aſtutia: & quod tu remedium dicis, commercium nequitiæ potius, & latrociniũ eſt. Et ſequitur: lucrum tuum damnum multorum eſt. Et, vt paucis agamus, omne huius artis officium eò tendit, vt ea vtentes lucris intendant, vilius emant, carius vendant: proximos decipiant. Hos ſignat Valerius, cum ait: inſidioſiſſimam fore artem, quæ inopum ſanguine paſcitur,& mendacijs vt veritatis inſtrumento iuuatur. Hac fallacia quaſi præclaris artibus gaudet, quorum fraudibus, non tam alios, quàm ſeipſos fraudant, quia teſte Chryſoſtomo, qui ſimpliciter negotiantur, in omnibus proſperantur, qui verſantur in dolo, eis omnia aduerſantur, cum ſcriptum ſit in Ezechiele: totam anniuerſationem vitæ vertunt ad lucrum. Ideo non perſeuerabit ſubſtantia ſua. Et iterum fraudabit eum pecunia ſua. Taceo de vſura, que vix à mercatura ſeparatur. Cæterum de campſoria ſileo, & pecuniæ commutatiua: quæ huic mercandi arti ſubalternatur, in qua tot doli, tot fraudes, tot rapinæ ſunt, quot nummos campſor habet ipſe. Harum itaque mechanicarum, atque ſimiliũ artium ſectatores, vltra alia incõmoda, teſte philoſopho, inepti ſunt ad politicè viuendum. Quinimò apud antiquos huiuſmodi artibus vacãtes prohibebantur participare nedum principatũ, ſed magiſtratũ, & cõſiliatũ, vt ſupra deduximus.

CAPIT. XXXIIII. DE ARTIBVS liberalibus in genere, & de illarum commoditate, & abuſu, laudibus, & damnis dulcibus, & amaris.

LIBERALES verò artes plurimum fore vtiles ad inſtruẽdos iuuenes, & neceſſaria admodũ ſcientiarum genera, nullus ſanæ mẽtis dubitat. Nec tu igno-

tas, qui in puerili agens illis imbutus es, quæ, vt nosti, septem numero sunt, & in duo genera diuiduntur, quia primæ tres primordiales artes vocantur, vel prima scien-di elementa, videlicet, Grammatica, Dialectica, & Rhetorica. Quatuor vero sequentes scilicet, astrologia & musica, arithmetica, & geometria, mathematicæ appellantur, id est doctrinales: quia per certas demonstrationes docent, vt statim subijciemus. Quare autem liberales appellantur, & circa mathematicas, quæ fuerint causæ inuentionum earum, & quæ sit earum natura, vtilitas seu incommoditas subijciam: quæ & si tibi nota sint, volo illa tibi ad mentem reducere, ne illarum oblectamentis allectus, dum illis te totum exhibes, digniora, atque excellentiora, ad quæ illa ordinantur, prætermittas. Appellantur itaque, vt nosti, septem ipsæ artes liberales triplici ex causa, Primò, vt distinguantur ab alijs illiberalibus, vt mechanicis, & cæteris seruilibus, artibus: quæ ideo sunt illiberales, quia ordinãtur ad corpus; Animam autem & intellectũ, male disponunt. Ipsæ autem liberales principaliter ordinãtur ad animam, quam dispo nũt ad vsus, & actiones virtutum moralium, & intellectualium, vel ad vsum perfectissimæ virtutis, quæ est fœlicitas. Ex quo potest elici alia proprijssima causa, quare vocantur artes liberales, videlicet, quia secundum eas homo per se disponitur, secundum intellectum ad optimum finem, veluti vsum virtutum moralium, & intellectualium, vel ad vsum perfectæ fœlicitatis, quæ est speculatiua. Qui autem talia considerant, naturaliter sunt liberi: quia non sunt seruiles, cum intellectu vigent: ideo recte artes ipsæ liberales dicuntur. Fateor tamen, secundum philosophum in octauo politicorum, quia vtile, & commendabile est participare ali-

quando liberales artes & mathematicas, quarum vsus ordinatur ad exercitium excellentium doctrinarum, vsque ad certum terminum, sed continue, & assidue exercere se in eis vsque ad quamcunque perfectionem, nonnunquam nociuum est: quia continua cõsideratio in illis retrahit, aut simpliciter aut pro parte ab vsu virtutis moralis. Tertia vero causa est quare liberales dicuntur, quia liberos, idest, expeditos, exercitatos animos requirunt: eo quod subtiliter de rerum causis disputant, & de illis plerumque, quæ à sensu remota sunt. Alia causa est, quia antiquitus tantummodo liberi, idest, nobiles, & ingenui in eis studere cõsueuerunt. Plebei vero & ignobiles studebãt in mechanicis propter peritiam operandi; corporalis enim operatio plus congruit plebeis, ocium autem, & studium nobilibus, secundum Hugonem.

CAP. XXXV. DE PRIMIS DVABUS liberalibus artibus, videlicet, grammatica, & dialectica, & de ortu earum & causis quare inuentę sunt, & de illarum laudibus, & vtilitate: ac demum de earum abusu, & incommoditate.

POSTQVAM egimus de liberalibus artibus in genere, superest vt in specie eas breui sermone tangamus. Primo igitur de Grammatica, & Dialectica agemus. De Rethorica vero in sequenti capitulo, differemus. Vocantur itaque tres ipse artes primordiales, quia circa prima literarum elemẽta versantur. Per eas enim aut de congruitate, aut ornatu sermonis, aut deniq; de orationis veritate & falsitate, principalius agitur. Prima itaq; Grãmatica, secundum Alfarabium, à literis nomen accepit: quæ mater est aliarum artium. Fuit autem causa & modus

modus inuentionis eius:quoniam cum homi nes inordinate,atq; ad libitum,& sine arte lo querentur, eueniebat vt minus bene conceptus suos exprimerēt,ideo & minᵘapte audiētes intelligere valerēt,quò fiebat, vt tardius intelligere,& intelligi,ac difficilius scientias tradere possent. Qua de re curarūt sapientes, has incommoditates tollere,tradiderūtque artificiosum loquendi modum, vniformem quidem ac cōgruum vt omnis conceptus hu mani, demum cunctæ doctrinæ per eandem artem aptius,& liberius significarentur & ad discerentur. Verum & si vtilis, & necessaria ars Grammatice sit, quo tamen pacto inter scientias annumeretur, plurimi dubitarunt: pro eo quia Grammatica ipsa solum circa peritiam recti sermonis versatur, sermo vero transit: scientia autem est de permanentibus. Adde, quia hæc ars polire linguam, nō animum nouit,nec intellectum dirigere, sed labia. Accedit quia non propter se, sed propter alias inuenta est, quare instrumentum sciendi potiusquā scientia, secundū quosdā, dici potest. Logica secunda est liberalis ars, quæ & rationalis dicitur. Ipsa enim deffinire,quærere,respondere,vera à falsis diiudicare, ac subtiliter disputare docet. Necessaria certe & vtilis ars, quia secundum Hugo. in didascolicon,per eam subtilibus obiectionibus latens veritas reperitur. Causa siquidem inuentionis eius perutilis admodum fuit, cū enim in physicis plures suborirentur opiniones,& contrarietates, decreuerunt sapientes de modo altercandi artē tradere. Videbant enim, quia non posset facile perueniri ad alicuius scientiæ certitudinem sine peritia disputandi. hanc Salo. omnium sapiētissimus, in prouerbijs addiscendam admonet,dū nos hortatur vt intelligamus sermones prudentiæ,versutiasque verborum,necnon parabolas, & obscurum sermonem, & dicta sapien-

tum simul & enigmata. quæ omnia, vt Hieronymus ad magnum oratorem ait, dialecticorum & oratorum sunt. Sed & Augustinus pro eo inter cætera Logicam commendat, quia exercitatiora, politioraque reddit ingenia. Sed certe si Dialecticæ fructus, si finis attenditur, vtique reperiemus, quia potius ingeniũ inaniter fatigat, quàm vtiliter perficiat. Nã & si condisputantem viceris, non fructum, sed verborum folia consequeris. Hinc Grego. syllogistice inquit disputare quid aliud est, quàm verbis contendere, audientes subuertere? Abutuntur enim ea arte plurimi, dũ confidentia clamoris, verborum veritatem impugnant. Rursus quisquis ea doctrina versaris, necesse est contentiosius loquaris quicquid probare non potes, quia, vt inquit Aug. confirmationẽ sumit ab homine, quicquid non habetur ex veritate. Sed & illud verum est, quia sæpe nimium altercando perditur, dum inquiritur veritas, quod satis dolendum est. Idipsum quod ad veritatem iuuandam institutum est, ad eam obfuscandã, occultandamq; cum hominum labore studiosissimè quæritur. Vnde Augúst. in de doctr. Christia. execrabilem dicit artem sophisticam disputandi, & libidinem rixandi: quã
Ecc. 37.c admonet cauendam. Si enim doctrina foret pietatis, nequaquam sacræ literæ tantopere eam detestarentur, cum aiunt, qui sophistice loquitur, odibilis est. In ea certe, vt ipse Aug. ait, victoria verborum, & ostentatio ambitiosa quæritur, nec modo tardos, sed plerunque ingeniosos decipit.

CAP. XXXVI DE RHETORICA, quæ est tertia liberalis ars, & de eius ortu & vtilitate ac laudibus. Rursus de eius abusu, & qualis debet esse orator, & ad quid valet eloquentia sine sapientia: & quomodo aliquando est mortifera.

RHETORICA tertia est liberalium artium, sic dicta, quasi ornatus sit locutionis secundum Alfarabium. Veluti enim per Grammaticam congrue loquendi artem addiscimus, ita per Rhetoricã ea ornate proferre quæ didicimus: ex qua re potissima causa illius inuentionis sumitur secundum Hugo. Est igitur huius artis summa vis, ingens laus. Nam, vt inquit Seneca, magna res est Eloquẽtia, nec adhuc vlli contigit, vt totam contingeret, satis fœlix est, qui in aliqua eius parte receptus est. Hæc certe ornamentum est aliarum scientiarum, quia, vt inquit Cassiodorus, quicquid in alia doctrina concipitur, ab ista sub decoro profertur. Vnde in Ecclesiastico scribitur. Tuba & psalterium faciunt melodiam, & supra vtrunque lingua suauis. Et iterũ. Fauus mellis verba composita. Et rursus scriptum est: quia sapiens in verbis suis monstra placauit. De laudibus vero eloquentiæ, repete quæ supra diximus in 34. cap. in princip. Sed certe hæc ars plurimos fallit, dum suos sectatores dicere, non scire docet, instruit dulciter verba carpere, non vtiliter sapere. Et dum verborum suauitas quæritur, vera rerum sapientia amittitur, atque vtinam tantus hodie esset hominum labor ad recte beateque viuendum, quantus ad ornate, bene, politeque dicendum. Hinc Firmianus Lactan. vtinam tam multi benefacerẽt, quàm bene loqui videntur. Adde, quia pleriq; ea vtuntur non ad salutem, sed ad perniciem. Acerbissi-

Ecc. 40.c
Pro. 16.d

sed conficiunt) illico facundiæ studijs se dedant: librosque Ciceronis (& si vis) nostri Quintiliani prælegant. Longè certe aliter idem Cicero moderna deplorans tempora in eo libro sentiebat, quem de oratore ad Quintum fratrem edidit. Longe secus & ipse Quintilianus, cum de oratoris institutione ageret: rarum enim aut nullum fatentur optimum esse ea ætate oratorem. Cuius rei illam asserunt non insulsam fore causam. Nã oratorem, inquiunt, in omni sapientiæ genere persuadere oportere: vt quæ alibi didicit, cum splendore dicendi proferat: adeo vt qui verum oratorem audit, scire, & intelligere plusquam cæteri arbitretur. Quod vtique nisi diuersis sapientiæ titulis illustretur efficere non valebit. Quo enim pacto in sacris literis ille persuadebit, qui eas nusquam legit? Quoue in naturalibus qui Aristot. non vidit? Quomodo in moribus, aut iure ciuili perorabit, qui earum scientiarũ ne dixerim expers est, sed nec principia nouit? Ea de re Cicero mirari desinit paucos admodum fuisse oratores, cum eos aut omnia, aut multa scire oportet. Quæ omnia homines complecti perquam difficile est. Hinc August. in de doctrina christiana ait quendam sapientem dixisse: quia oratorem oportet non modo delectare, sed docere; nec modo persuadere, vt flectat, sed vt vincat. Constat itaque ea omnia non nudis verborum folijs: sed multiplici sapientia comparari. Talis ergo eloquentia à sapiente prolata, omni dulcore mellis dulcior est: de qua in ecclesiastico scribitur: sapiens in verbis amabilem se reddit: vt igitur partes laudatæ eloquentiæ quis assequatur, necesse est varia scientiarum suppellectili constipatus existat: idque in prouerbijs Salomõ permonuit inquiens: stude sapientiæ, vt possis digne proferre sermonem, Qua sententia contemptibilem asserit facundiam, nisi scientia Pro. 27.b

& sapientia fuerit condita. Fateor ergo; hominum mens hodie deprauata, quinimò & penitus obcæcata est: adeo, vt frondes pro fructu capiant, & fumo pascantur, dum se igni appropinquare putant. Hoc est certe illud tempus, quod Apostolus ad Timotheum præsignabat, cum poetarum fabulas ac figmenta pro veritate ac sana doctrina fideles accepturos in spiritu deplorabat; cum ait, veniet ergo tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cōuertentur. Adde, quia (teste August.) Cicero ipse, & cæteri, qui rhetoricam docuere, fassi sunt eloquentiam sine sapientia obesse plurimum, & prodesse nunquam, sapientiam vero sine eloquentia plurimum profuisse. Hinc Apostolus ipse vas electionis ad Corinthios de se loquens palam fatetur se imperitum esse sermone, sed non scientia, & sapientia: tantum tamen profecit, quantum mundus capere potuit, & humana ingenia sufferre valuerunt: adeo, vt plus cæteris doctrina & prædicatione proficiens, vnus ipse doctor gentium meruerit appellari. Ipse denique etsi rhetoricis coloribus non vsq;quaque vtebatur, adeò vtiliter disputabat, vt omnes sua sapientia superaret. Non vtique (vt ipse alibi ait) vincebat in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, quæ ad eloquentiam referuntur: quare fideles summopere admonet, ne decipiantur in sublimitate sermonis. Nouerat enim ꝙ ad eundem sensum Iob dixerat: frustra, inquit, homo aperit os suum, & absque sapientia verba multiplicat. Nec idipsum gentiles veteres, qui eloquentiæ studia miro cuderunt ingenio, negare videntur. Quippe arbitrati sunt eloquentiam non debere iudicari, atque laudari verborum solo splendore, sed secundum grauissimas sententias à vera apiētia sapiēter elicitas, vt explicare libet,

& gratia exempli dixerim. In conficiendo diademate siue annulo, absq; proportione longe plus conferre videtur. qui carbunculum, qui gemmas, qui aurum offert, quàm artifex qui modo ea auro ligat, formamque simplicem adijcit. Omnis itaque referta oratio gemmis sapientiæ, & sententiarum pondere proficit, non solis verborum flosculis: parum ergo substantiæ, vel virtutis, aut solidæ pulchritudinis orationi afferre videtur, qui solũ rhetoricæ & eloquentiæ vacat, veluti qui nuda ex aliena pretiosaq; materia verba ligat. Qui vero non mendicando, sed sua diffundendo preciosiora ministrat, longè plus conferre visus erit. Famulatur itaque (teste Augustino.) eloquentia sapientiæ, nec mirum (vt Hierony. ait ad magnum oratorem) si propter eloquij venustatem, & dicendi ornatum, sapientia vt domina ea vtatur: & aliquando de ancilla atque captiua propter eius venustatem faciat liberam Israelitem, quæ tam diu honorata incedat, quandiu dominam sequitur: sitque contemptibilis, cũ sola absque Dominæ splendore prodire, & placere gestit. Postremo audi quid Augustinus dicat; ait enim, quia eloquentiæ solum vacantes minime ingeniosi habentur. Quid enim, inquit, prodest clauis aurea, si aperire non potest? Aut quid obest lignea, si potest? Agam igitur finem, si illud vnum dixerim, quia si sine sapientia eloquentiam profitentur, vanitati inuiti fatentur. Nam nudo verborum ornatui vacantes, humanitatis studia se iactant assecutos, cum enim, teste sapiente, vana sunt studia hominum, rectè oratorum exercitia studia humanitatis sunt, quippe & vanitatis, dum vanitati sermonis incumbunt. quos pulchre idem sapiens alibi digito tangit: verba inquit proferunt plurima, multaque in dicendo, & disputando vanitatem habentia. Sed & Hiere- Hie.10.b

mias ad eundem ſenſum, doctrina, inquit, vanitatis eorum lignum eſt argento inuolutum. Lignnm inquam ſiccum eſt atque aridum, idque vt ſplendat argento inuoluitur. Nec aliter rhetorum verba arida ſunt, veluti nullo ſapientiæ humore, aut ſententiarum ſplendore humectata, quare vt fulgeant argento nudæ eloquentiæ ſemper inuoluuntur. Quò fit, vt veriſſimum ſit eos ſtudia ſequi humanitatis, quin potius vanitatis. Adde quæ diximus in præfatione huius libri, quæ incipit; Verum vbi aliquid diximus, vſque ad medium capituli.

CAP. XXXVII. DE MATHEMATICIS ſcientijs in genere, & de earũ ortu, & fine.

MATHEMATICAE vero doctrinales vocantur, quia per certas demonſtrationes quantitatis continuæ docent, vt ſtatim ſubiiciemus. Has philoſophus metaphiſicæ connumerat & cum illa conueniunt, quia vtraque cõſyderat de quantitate continua, ſed diſpariter. Metaphyſicus enim conſyderat de omnibus quantitatibus prout ſunt entia, vt ait philoſophus quarto metaphy. Sed mathematicus cõſyderat de quantitate vt de ſubiecto, & de illa principaliter agit, illamque demonſtrat Et quia quantitas multiplex eſt, aut ſaltem quadruplex, ideo quatuor ſunt mathematicæ. Prima enim & nobilior quantitas eſt circa dimenſionem omnium cæleſtium corporum in ſe & inter ſe, per diſtantias & dimenſiones adinuicem, etiam reſpectu motus, & ſitus illorum: & circa iſtam quantitatem verſatur Aſtronomia. Alia eſt quantitas reſpectu auditus, circa ſonos & voces. Nam humana curioſitas videns in ſonis eſſe delectamentum, quæſiuit cauſam eius, vt ſibi poſ-

ſet

fet per artem tales delectationes facere,& cõtinuare,vt dicit Boe. in primo musicæ: vnde docuit quantitatem vocum sub vna concordia:& consonantia sonorum coniungere, & in vna proportione numerali deducere, & hanc proportionem, & quantitatem sonorum vocamus Musicam. Tertia quantitas respectu numeri versatur, quæ dicta est Arithmetica,id est,virtus numeri: quia considerat quantitatem numeralem,& proprietatẽ eius,vt ait Isidorus. Hæc certe ars magnæ virtutis est,quia nulla aliarũ trium indiget, aliæ vero hac plurimum indigent,vt ait Boethius. Quarta vero quantitas versatur circa mensuram, quæ dicta est Geometria, id est, mensura terræ: quæ ortum habuit secundum Alfarabium in Aegypto.Cum enim post Nili inundationem possessiones omnes obducerẽtur limo,ad hoc vt deinceps possessiones certitudinaliter distinguerentur,cœperunt terrã lineis, & mensuris metiri,& partiri,vt sic certi limites ponerentur in possessionibus.A tali igitur primaria mensura terræ scientia mensurandi nomen accepit,quæ Geometria dicitur.Postea vero creuit inquisitio eius,& deuẽtum est ad lineas & circulos,& triangulos,& cæteras figuras ad eiusdem artis perfectionẽ.

CAP. XXXVIII. PARTICVLARIter de prima sciẽtia Mathematica, videlicet, de Astronomia,& de eius laudibus,& vtilitate. demum de illius incommoditate, incertitudine,laboribus,& damnis.

ASTRONOMIA itaque,prima est Mathematica,& quam antiqui mathesim penultima breui appellabant, eamq; vtilem probabilemq; habuerũt: quia, vt ait Policratus, natura illam induxit, ratio probat, & vtilitas, & experientia approbat, qui

cœli enarrant gloriam Dei. Adeo enim hi homines diuinæ prouidentiæ, illiusq; bonitati, & potestati detrahunt, vt asserant aliquem faustum, aut fortunatum esse posse ex constellatione natiuitatis suæ. A quibus, vt quidam sapiens ait, quærendum esset, an credant ira Dei quibusdam plerumq; regna, & dominia ablata fuisse simpliciter, & eius gratia & beneplacito alijs esse collata? Rursus num credunt, quod eadem diuina ira, vel gratia Dei, aut aliquorum precibus potest placari, vt bona data non auferat, & mala merita non inferat, quæ omnia in sacris literis sæpe facta esse legimus? Quod si ea vera esse credunt, necesse est illos etiam credere, quia cōtra voluntatem Creatoris huiusmodi bona hominibus non pertineant, nec eis auferantur, sed infallibiliter verum sit, cuncta bona, & mala mortalibus ex Dei beneplacito prouenire. Vnde doctissimus Guilielmus Cancellarius Parisiensis pulchrè in eo, quem de vniuerso libro edidit, refert facere. Quia cum vnus ex Astronomis, cuidam ex illius natiuitatis constellatione magnā dignitatem polliceretur, ille ab astronomo quæsiuit, num si Deus nollet, ille dignitatem assecuturus esset? Cui respōdit, nullo pacto id effici posse. Rursus quæsiuit: an si Deus vellet, astra & eius natiuitas possent impediri, ne dignitatē assequeretur? Similiter respondit negatiue. Tunc ille: Cum ergo vtrumq; sit in Dei arbitrio, totum ei cōmitto. Quod vero obijciunt luminaria cœli producta esse, vt sint in signa, & tempora, fatendum est in naturalibus. Erraret enim medicus, si flobotomaret incerta lunatione, vel signo syderum. Signant ergo sydera futura tempora, an naturaliter erunt sicca, vel humida. Secus in euentibus hominum, quæ ex arbitrio procedunt, & per rationem dirigi possunt. Tales enim astris nōn subijciuntur. Pendent enim ex intellectu, quæ, secundum philo

ſophum, conſtat eſſe ab extra. Fatendum eſt tamen, quia inclinatiuè aſtra diſponunt certos homines ad certos actus: præſertim eos qui non reſiſtunt paſſionibus, nec ſequuntur rationem. Quo ſenſu dixit Ptolemæus: quia ſolus ſapiens dominatur aſtris. Stultorum autem infinitus eſt numerus. Significant ergo aſtra quædam naturalia in terra, nec ad illa homines cogūt: quinimò ea facile vitare poſſumus, veluti, exempli gratia, eleuatio manus cum gladio, ſignum eſt eminentis percuſſionis, nonnunquam tamen in iocum reſoluitur. Rurſus aliud exemplum ſuccedit: ſi in capite alicuius vici aut ſtratæ vrbis videmus ignem accenſum, & ventum validum ex ea parte, certe cōiecturamus domum ligneam, quam ignis & ventus petit, comburendam, tamen aquarum copia, aut alijs remedijs vitari poteſt. O quot fœlices principes, quot viros clariſsimos fefellit, atque infœlices reddit hæc tam falſa, & auida futurorum euentuum inquiſitio? Teſtes ſunt tres inter cæteros omni ſeculo percelebres, & memorandi viri, Pōpeius, Craſſus & Cęſar: quibus teſte Cicerone Chaldæi omnes mathematici, cæteriq; aruſpices præclaro fine in patria morituros promiſere, quod an verum ſit, mœſtum eſt commemorari: ferro enim omnes cæſi, duoq; longiſſime ab Italia inhumati, ferarumq; morſibus expoſiti fuere. Ea igitur atque maiora, quippe & deteriora his prouenire aſſiduè conſpicimus, quos fœlices aſtronomi præſagiunt. Nec tamen humana mens futurorum auida auerti vult, ne illorum nugis credat. Mira hominum leuitas, mira credendi facilitas, verius dixerim fatuitas, quam non parum Cicero miratur, qui lōge magis mendacibus quā vera dicentibus credunt. Cæteris ſiquidē etiā probis hominibus non facilè fides datur, ſi vno tantum notabili ſunt deprehenſi mendacio. Aſtronomos vero, & coniectatores, me-

lioris conditionis dixerim quod econtra accidit: Mille enim illorum in grauissimis rebus mendacijs, vna fortuita, & alias futura veritas fidem præstat. Quo fit, vt alius mirabilius accidat, quia (vt Petrarcha ait) sine vlla suspitione mendacij liberè mentiri possint, pro eo quia semel potuerunt non mentiri. Adde aliam stupendi & admirãdi caussam. Cum enim diuina veritas, scriptura sacra teste, nos moneat, ne prædictis coniectatoribus, etiam prophetis, & vera prædicentibus credamus, cum ait in Deuteronomio, si surexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum, atque portentum: & euenerit quod locutus est, non audias verba prophetæ. Tẽtat enim vos Deus an diligatis eum, nihilominus eis ipsis mathematicis, quos non prophetas, non sanctos scimus in cunctis credimus, qui paucula dæmonum forte præsagijs prædixerunt. Huius deniq; exercitij pericula, & incommoda, vltra prædicta ex eo conspicies, quoniam illam artem pro fundamento, & scuto quodam suæ iniquitatis multi venerantur, & colunt. s. diuinatores, necromantici, incantatores, arioli, aruspices, coniectatores, chiromantici. Vtcunque igitur sit, oro te fili charissime, hanc artem velut pestem fuge, nec quid astra de te inquiras, sed quid astrorũ creator sanxerit, bonis operibus expecta, atq; vt ad salutem tuam cedant, iugiter exora: nec ab his coniectoribus veritatem spectes agnoscere, quibus veritas ipsa ignotior est, quam tibi. Fateor enim, aliqua astronomiæ species laudata est, atque perutilis. Veruntamen, teste Augustino, potius est scientia curiositatis, quàm doctrina pietatis. Nec illam inculpamus, sed vtilius sectandam dicimus sapientiam naturalem, quæ astrorũ arti hæret. Illa enim naturali intellectui consona est atque cõformis, per quam naturalium rerum animatarum & inanimatarum principia, passiones, & eorum, quæ cę-

Deut. 13. a

lo & mundo cõtinentur, rationes & effectus cognoſcimus, ac multarum rerum poſſumus cauſas reddere, quæ mundo miranda videntur. Nec minus iucunda eſt inquiſitio perſpectiuæ, & de ponderibus tradita ratio. Fatemur tamen quòd in his naturalibus metaphyſicis ſanctis, non Chriſtus, non prophetæ ſonant, ſed philoſophus & commentator. De quibus ad Damaſum dicit Hieronymus, quia phyſici perſcrutatores oculos in cœlum leuãtes, & vltra profundum terrarum in abyſſo demerguntur in vanitate ſenſus, in obſcuritate mentis ingredientes, diebus ac noctibus perſcrutantur multa vt ſciant, pauca vt ſapiant.

CAPIT. XXXIX. DE SECVNDA Mathematica, videlicet de Muſica, & de eius laudibus, & de vtilitate, ac illius incommoditate, miſerijs, & laboribus.

MVSICA vero altera mathematica eſt: quæ, vt dixi, conſonã multitudine proportionum ſuarum in quadam æqualitate vocum conciliat. Hæc certe ars apud Græcos magno ſemper honori fuit, nec putabatur quis liberaliter eruditus, niſi muſicalibus cantibus inſtructus foret. Quantam autem virtutem Plato harmoniæ tribuit, ex his patet, quæ in Timeo tradit. Ait enim quia potentiſſima artium eſt Muſica, cuius harmonia virtus eſt ad mitigandos dolores animarum humanarum, ipſaſque lætificandum: ſimiliter & ad ingerendas eis omnes paſſiones, tantuſque eſt muſicorum in commouendis animis vigor, vt eos cogat mouere corpora ſua, etiam ad geſtus inſolitos, quibus motus interiores alterantur. Denique per harmonias gratia contemplationis, & diuinarum ſcien-

tiarum studia, non mediocriter iuuantur secundum Alfarabium. Adde mirabile dictum: quia & in bellis equos ipsi musicales cōcentus incitant, delphinos quoque & cætera animalia lætificant. Hanc Socrates didicit, & adolescentes erudiri in ea iussit, non ad lasciuiæ incitamentum, sed ad motus animæ sub regula, rationeq; moderandos: sicut enim nō omnis vox; sed tantum quæ bene consonat, ad soni melodiam facit: ita & motus animæ non omnis; sed qui rationi congruunt, ad rectam vitæ harmoniam pertinent. Auget eius laudes: quia non modo delectabilis & vtilis est, quia nedum spiritus hominum viuificantur, sed instrumenta sunt ad rectos, bonosq; hominum mores, cuius virtute maligni spiritus cohibentur. Sed quid plura? Animum à curis liberat, & quadā in æterna lætitia ad exultationem in Deum mentes humanas pro-
Psal.70. d uocat. Vnde propheta; exultabunt, inquit, labia mea, dum cantauero tibi Sed iam audi illius incommoda. primò enim eas, quas diximus vtilitates, qui Musicam audiunt, consequuntur: non quidem ipsi artifices. Nam vt ait Arist. audibilia fortius mouent quàm sensibilia, aut per se operabilia. Quinimò (teste philosopho) propter vehementiam multitudinemq; vocum, læditur cerebrum, læduntur spiritus vitales cantantium: quò fit vt ad mores male dispositi reddātur, quos Aristoteles bonausos, id est, indispositos ad res intellectus vocat. Rursus Musica & vsus eius per certas melodias ad mollitiem disponūt: aliquando ad iram, aliquando ad diuersa alia, quę distrahunt ab operibus virtutis & intellectus; quare segnibus ac magnis, & studiosis viris audire, & iudicare, non exercere musicā præceptum est. Decet enim, vt sapientes aiunt, grauem virum non modo manus, sed voces cohibere ad aliorum applausum: quod proprium histrionum. Adde, his quæ tangemus infra

infra libro. ij. capit. xv. vbi de cantoribus agetur.

CAPIT. XL. DE TERTIA ET quarta Mathematica, videlicet, Arithmetica & Geometria, & de earum laudibus & vtilitate, ac de illarum incommoditate, inutilitate, & laboribus.

ARITHMETICA & Geometria vltimæ sunt Mathematicæ & admodum vtiles, quarum altera de numeris, altera de magnitudinis, in quibus secundum varias relationes parium vel imparium, item linearium, superficierum, aut corporum variæ species numerorum, magnitudinumque constituuntur: quæ cognitio iucunda est. Hæ quidem artes vtiles certe, & necessariæ sunt, & in scriptura sacra plurimum commēdatæ: quia scriptum est: Omnia fecisti in numero, pondere, & mensura. Sap. 11.d Sine enim numero nihil agere possumus. Vt enim, inquit Isidorus. Tolle numerum à rebus, & omnia pereunt: nec differunt homines à bestijs, cæterisque animalibus, quæ calculi ratione ignorent. Et idem de Geometria, sine enim pondere, deniq; & mensura, nec possessiones, nec politiæ forent.

Sed fateor; hæ artes & si vtiles & necessariæ sint, non tamen homines conducunt, nec dirigunt ad mores, nec ad fœlicitatem æternam. Quid enim prodest rerum magnitudines, ac extrinsecas quantitates agnoscere, sui vero ipsius intrinsecas qualitates ignorare? Psa. 146.b Quid rursus quantus sit orbis intelligere, sed quantus eius creator nescire? Aut quid prodest omnium numerorū proportiones attingere? quid numerare multitudinem stellarū, & omnibus eius nomina vocare, si vitia, si scelera sui ipsius non computat? Vera igitur Geometria est quantitatem & magnitudinē

peccatorum attendere, illaque pœnitentiæ calculo diluere. Vera illa est Arithmetice; dies nostros dinumerare, & in quo defecimus computare, dicentes, fac mihi domine notū numerum dierum meorum, vt sciam quid desit mihi, quia carpentarij has artes sibi vendicant, in quarum vsu pericula, fraudes, & doli non desunt. Taceo de falsis computis, de falsis mensuris, & ponderibus. Vides, fili mi, huiusmodi mathematicas artes fore alienas ab artibus & scientijs pietatis, quæ ad vitā æternam conducunt, ad quam re dirigere omnia mea studia tendunt.

Psal. 38. a

CAPIT. XXXXI. IN QVO SVB breui epilogo recolligit autor cunctas alias artes, & genera viuendi in hoc seculo. In quo ostendit miserias, labores & pericula omniū statum, & docet eas omnes plures habere aculeos, & miserias, quàm gaudium, quietem, & securitatem, discurrens per omnes modos viuendi in hoc seculo.

CERNIS iam, fili mi charissime, si ea, quæ audisti, tecum ipse recolis, ac discutis, explicata esse omnia vitæ genera, cnncta denique humana, temporaliaque exercitia: in quibus diuersa mortalium studia, tam sedulo & vehementer occupantur. Nec enim puto me falli, quoniam humanus animus in illis non tam satiatur, quàm cruciatur. Si enim rectè iudicas, plus in eis laboris, quàm quietis, plus mœroris, quā gaudij, plus luctus, quàm solatij, plus difficultatis, quam facilitatis, plus periculi, quam securitatis reperies: quæ omnia opto tecū ipse consyderes. Scio enim quoniam si minimam laborum difficultatum, & afflictionum partem pro immortali Deo pertuleris eorum, quæ mortales subeunt, vt seculo diuersis modis

seruiant, recte quidem beatus eris. Verum sub breui epilogo plurima tibi ad mentem adducam. Quis enim omnium viuendi generum, ac humanorum exercitiorum, & officiorum labores, incommoda, pericula, fraudes quoq;, & dolos facile commemorare posset? Sed (vt breuiorib⁹ apud te vtar verbis) à summo culmine vsque ad infimum, à Cæsare vsque ad bubulcum, à rege vsque ad pastorem, nulla quies, nulla securitas, sed omnia casibus, periculis, aculeis, laboribus innumeris subijciuntur. cuncta fraudibus, & iniquitatibus subiacent. Regis enim aut Cæsaris clarissimum esse nomen non ambigimus; sed durissimum officium, & magis seruare difficile. in excelsum enim & ventosum montem ascendit rex, quem facilius fulmina feriunt. Nam etsi clarus Regis titulus sit, res tamen obscura: nec aliud est quam vitreum, & periturum iocale, curis & periculis plenum. Demum Reges delirant adulationibus, & (quod periculosius est) retento Regis nomine, plerique tyranni fiunt, quorum nonnulli multo iustius sub Rege iusto agerent, & tranquillius, quam Reges ipsi essent. Locus certe regius nedum ignauus & petulans est, sed & periculosus, laboriosus. virtutique difficilis. Quippe bonus Rex, seruus publicus, & malus hostis illius. Adde, quia rex ea die, qua regnare cœperit, mori cœpit. Alijs enim viuit moriens, quod difficile creditur à Regis hostibus. Si quæ erat olim quies Regi, perijt. Sed de principum miserijs hactenus in secundo huius libri capit. diximus. Simile omnino de Principibus, de Ducibus, & Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris potentibus cogitabis quibus illa indelebilis, atque irreparabilis mœstitia addenda est: quia & si potentes sint, posse tamen ne Regi subijciantur, nequaquam possunt. Cætera hominum officia, status, artes,

& ſapientia fuerit condita. Fateor ergo; hominum mens hodie deprauata, quinimò & penitus obcæcata eſt: adeo, vt frondes pro fructu capiant, & fumo paſcantur, dum ſe igni appropinquare putant. Hoc eſt certe illud tempus, quod Apoſtolus ad Timotheum præſignabat, cum poetarum fabulas ac figmenta pro veritate ac ſana doctrina fideles accepturos in ſpiritu deplorabat; cum ait, veniet ergo tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur. Adde, quia (teſte Auguſt.) Cicero ipſe, & cæteri, qui rhetoricam docuere, faſsi ſunt eloquentiam ſine ſapientia obeſſe plurimum, & prodeſſe nunquam, ſapientiam vero ſine eloquentia plurimum profuiſſe. Hinc Apoſtolus ipſe vas electionis ad Corinthios de ſe loquens palam fatetur ſe imperitum eſſe ſermone, ſed non ſcientia, & ſapientia: tantum tamen profecit, quantum mundus capere potuit, & humana ingenia ſufferre valuerunt: adeo, vt plus cæteris doctrina & prædicatione proficiens, vnus ipſe doctor gentium meruerit appellari. Ipſe denique etſi rhetoricis coloribus non vſq;quaque vtebatur, adeò vtiliter diſputabat, vt omnes ſua ſapientia ſuperaret. Non vtique (vt ipſe alibi ait) vincebat in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, quæ ad eloquentiam referuntur: quare fideles ſummopere admonet, ne decipiantur in ſublimitate ſermonis. Nouerat enim ꝙ ad eundem ſenſum Iob dixerat: fruſtra, inquit, homo aperit os ſuum, & abſque ſapientia verba multiplicat. Nec idipſum gentiles veteres, qui eloquentiæ ſtudia miro cuderunt ingenio, negare videntur. Quippe arbitrati ſunt eloquentiam non debere iudicari, atque laudari verborum ſolo ſplendore, ſed ſecundum grauiſsimas ſententias à vera ſapiẽtia ſapiẽter elicitas, vt explicare libet,

& gratia exempli dixerim. In conficiendo diademate siue annulo, absq; proportione longe plus conferre videtur, qui carbunculum, qui gemmas, qui aurum offert, quàm artifex qui modo ea auro ligat, formamque simplicem adijcit. Omnis itaque referta oratio gemmis sapientiæ, & sententiarum pondere proficit, non solis verborum flosculis: parum ergo substantiæ, vel virtutis, aut solidæ pulchritudinis orationi afferre videtur, qui solũ rhetoricæ & eloquentiæ vacat, veluti qui nuda ex aliena pretiosaq; materia verba ligat. Qui vero non mendicando, sed sua diffundendo prçciosiora ministrat, longè plus conferre visus erit. Famulatur itaque (teste Augustino.) eloquentia sapientiæ, nec mirum (vt Hierony. ait ad magnum oratorem) si propter eloquij venustatem, & dicendi ornatum, sapientia vt domina ea vtatur: & aliquando de ancilla atque captiua propter eius venustatem faciat liberam Israelitem, quæ tam diu honorata incedat, quandiu dominam sequitur: sitque contemptibilis, cũ sola absque Dominæ splendore prodire, & placere gestit. Postremo audi quid Augustinus dicat; ait enim, quia eloquentiæ solum vacantes minime ingeniosi habentur. Quid enim, inquit, prodest clauis aurea, si aperire non potest? Aut quid obest lignea, si potest? Agam igitur finem, si illud vnum dixerim, quia si sine sapientia eloquentiam profitentur, vanitati inuiti fatentur. Nam nudo verborum ornatui vacantes, humanitatis studia se iactant assecutos, cum enim, teste sapiente, vana sunt studia hominum, rectè oratorum exercitia studia humanitatis sunt, quippe & vanitatis, dum vanitati sermonis incumbunt. quos pulchre idem sapiens alibi digito tangit: verba inquit proferunt plurima, multaque in dicendo, & disputando vanitatem habentia. Sed & Hiere- Hie.10.

mias ad eundem sensum, doctrina, inquit, vanitatis eorum lignum est argento inuolutum. Lignum inquam siccum est atque aridum, idque vt splendat argento inuoluitur. Nec aliter rhetorum verba arida sunt, veluti nullo sapientiæ humore, aut sententiarum splendore humectata, quare vt fulgeant argento nudæ eloquentiæ semper inuoluuntur. Quò fit, vt verissimum sit eos studia sequi humanitatis, quin potius vanitatis. Adde quæ diximus in præfatione huius libri, quæ incipit; Verum vbi aliquid diximus, vsque ad medium capituli.

CAP. XXXVII. DE MATHEMATICIS scientijs in genere, & de earũ ortu, & fine.

MATHEMATICAE vero doctrinales vocantur, quia per certas demonstrationes quantitatis continuæ docent, vt statim subiiciemus. Has philosophus metaphisicæ connumerat & cum illa conueniunt, quia vtraque cõsyderat de quantitate continua, sed dispariter. Metaphysicus enim consyderat de omnibus quantitatibus prout sunt entia, vt ait philosophus quarto metaphy. Sed mathematicus cõsyderat de quantitate vt de subiecto, & de illa principaliter agit, illamque demonstrat Et quia quantitas multiplex est, aut saltem quadruplex, ideo quatuor sunt mathematicæ. Prima enim & nobilior quantitas est circa dimensionem omnium cælestium corporum in se & inter se, per distantias & dimensiones adinuicem, etiam respectu motus, & situs illorum: & circa istam quantitatem versatur Astronomia. Alia est quantitas respectu auditus, circa sonos & voces. Nam humana curiositas videns in sonis esse delectamentum, quæsiuit causam eius, vt sibi posset

set per artem tales delectationes facere,& cõtinuare, vt dicit Boe. in primo musicæ: vnde docuit quantitatem vocum sub vna concordia:& consonantia sonorum coniungere, & in vna proportione numerali deducere, & hanc proportionem, & quantitatem sonorum vocamus Musicam. Tertia quantitas respectu numeri versatur, quæ dicta est Arithmetica, id est, virtus numeri: quia consi derat quantitatem numeralem,& proprietatẽ eius, vt ait Isidorus. Hæc certe ars magnæ virtutis est, quia nulla aliarũ trium indiget, aliæ vero hac plurimum indigent, vt ait Boethius. Quarta vero quantitas versatur circa mensuram, quæ dicta est Geometria, id est, mensura terræ: quæ ortum habuit secundum Alfarabium in Aegypto. Cum enim post Nili inundationem possessiones omnes obducerẽtur limo, ad hoc vt deinceps possessiones certitudinaliter distinguerentur, cœperunt terrã lineis, & mensuris metiri, & partiri, vt sic certi limites ponerentur in possessionibus. A tali igitur primaria mensura terræ scientia mensurandi nomen accepit, quæ Geometria dicitur. Postea vero creuit inquisitio eius, & deuẽtum est ad lineas & circulos, & triangulos, & cæteras figuras ad eiusdem artis perfectionẽ.

CAP. XXXVIII. PARTICVLARIter de prima sciẽtia Mathematica, videlicet, de Astronomia,& de eius laudibus,& vtilitate. demum de illius incommoditate, incertitudine, laboribus, & damnis.

ASTRONOMIA itaque, prima est Mathematica,& quam antiqui mathesim penultima breui appellabant, eamq; vtilem probabilemq; habuerũt: quia, vt ait Policratus, natura illam induxit, ratio probat, & vtilitas, & experientia approbat, qui

hanc sequuntur, curiosiores sunt cœlestium, vt inuestigent de singulis, quæ sub lunari globo continentur, vtilis certe ad naturales effectus prænoscendos. Illa enim desyderum motibus, magnitudine, & distãtia pertractat. Euocat enim homines ab his tenebris, & crasso aere, & in superiorem illam lucidissimamque cœli domum tot luminaribus distinctam, oculos, & animum inducit. Est enim iucundum fixas stellarum imagines discernere, & erraticas suis locis nominibusq; designare, earumque coniunctiones. Demum Solis, & Lunæ defectus, longe ante prædicere, & præuidere, ex quibus plurima commoda consequimur, & non parua pericula & incommoda vitamus. Rursus non est dubitandum ex motu cœlestium corporum, plurimos futuros rerũ euentus dependere, præsertim in illis, quæ ex nostro libero arbitrio non procedunt. Vnde, secundum doctrinam sanctorum, non sunt culpandi qui naturales effectus stellarum, & planetarum nouerunt, & prædicunt. Nam & in

Gen. 1. b Genesi legitur, luminaria cœli ad hoc producta esse, vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Patet ex prædictis excellentia & vtilitas huius artis. Verum secundum Alfarabiũ, hæc ars pro parte mendax est, & hominibus ignota. Quis enim hominũ hodie nouit omnium, & tam diuersarum stellarum diuersas naturas & effectus, & postea virtutes ex omnibus mixtas, vt cũ certitudine determinet euẽtus, etiam naturales in elementis & elementatis contingentes? vt absque dubio dicere possit; talium stellarum coniunctio facit necessariò siccitatẽ, & talium coniunctio facit aquarum abundantiam, & talium pestilentiã, & talium mortem diuturnam, & taliũ mortem celerem? Indubiè nemo nouit circa arcana, ista certum dicere; sed per coniecturas fallaces asserunt aliqua ex his, quæ contigerunt, aliquãdo, & non accidit vniformiter sicut dicunt.

Et ideò Astronomia iudiciaria fatua dicitur, & infatuatiua eorum, qui sibi vacant, secundum eundem Alfarabium. Irridenda certe est talium hominum dementia, vt scire velint, quæ in cœlo aguntur, qua si consilio cœlestiũ interfuerint, atque recenter inde venerint, cũ tamen quod in terra, quod in domo vxor aut soror eius egerit, ignorent. Noui ego quosdam astronomos vxores habere non satis pudicas, ipsi tamen de aliarum impudicitia con iectabant. Plurima itaque incommoda humano generi ex his futurorum perscrutationibus mathematici afferunt. Sed vltra prædicta imminent alia incommoda, & pericula. Nam rarò difficulter sectatores huius artis intra moderationis metas cohibentur, sed cupiditate quadam futura prænoscendi, ad diuersa vanitatum genera eius velamento homines trahuntur, vt teste Policrato, non tam philosophiæ species, quàm quædam impietatis disciplina sit, & tandem in mathesim producta penultima conuertatur. Dilatant enim pluri mi philaterias huius artis, vt constellationibus, & planetis nimium virtutis attribuant, & eis nescio quam autoritatem præstent in contumeliam creatoris. Et, iuxta apostolũ, ad sobrietatem nõ sapientes, stulti facti sunt. Ro.12. a Cœlestibus enim constellationibus attribuũt vitam, & mortem, cæterosque euentus hominum prædicere conantur, & cætera, quę pater posuit in sua potestate, non attendentes quæ per prophetam Deus ad illos irridens ait: dicite mihi quæ ventura sunt, & dicã quia Dii estis. Sic igitur mentes hominum futura prænoscere cupientium illudunt, vt tandem liberi arbitrij perimãt libertatem, qui pariter, & eis credentes vtinam illud cõsiderarent, quia altissimus syderibus ac stellis tantum dedit vigoris quantum voluit: sibi tamen retinuit totius opificij principatũ. Quæ omnia ipsi autori Deo exhibent famulatum. Iuxta illud, Psal.18. a

cœli enarrant gloriam Dei. Adeo enim hi homines diuinæ prouidentiæ, illiusq; bonitati, & potestati detrahunt, vt asserant aliquem faustum, aut fortunatum esse posse ex constellatione natiuitatis suæ. A quibus, vt quidam sapiens ait, quærendum esset, an credant ira Dei quibusdam plerumq; regna, & dominia ablata fuisse simpliciter, & eius gratia & beneplacito alijs esse collata? Rursus num credunt, quod eadem diuina ira, vel gratia Dei, aut aliquorum precibus potest placari, vt bona data non auferat, & mala merita non inferat, quæ omnia in sacris literis sæpe facta esse legimus? Quod si ea vera esse credunt, necesse est illos etiam credere, quia cõtra voluntatem Creatoris huiusmodi bona hominibus non pertineant, nec eis auferantur, sed infallibiliter verum sit, cuncta bona, & mala mortalibus ex Dei beneplacito prouenire. Vnde doctissimus Guilielmus Cancellarius Parisiensis pulchrè in eo, quem de vniuerso libro edidit, refert facere. Quia cum vnus ex Astronomis, cuidam ex illius natiuitatis constellatione magnã dignitatem polliceretur, ille ab astronomo quæsiuit, num si Deus nollet, ille dignitatem assecuturus esset? Cui respõdit, nullo pacto id effici posse. Rursus quæsiuit: an si Deus vellet, astra & eius natiuitas possent impediri, ne dignitatẽ assequeretur? Similiter respondit negatiue. Tunc ille: Cum ergo vtrumq; sit in Dei arbitrio, totum ei cõmitto. Quod vero obijciunt luminaria cœli producta esse, vt sint in signa, & tempora, fatendum est in naturalibus. Erraret enim medicus, si flobotomaret incerta lunatione, vel signo syderum. Signant ergo sydera futura tempora, an naturaliter erunt sicca, vel humida. Secus in euentibus hominum, quæ ex arbitrio procedunt, & per rationem dirigi possunt. Tales enim astris non subijciuntur. Pendent enim ex intellectu, quæ, secundum philo

sophum,constat esse ab extra. Fatendum est tamen,quia inclinatiuè astra disponunt certos homines ad certos actus: præsertim eos qui non resistunt passionibus, nec sequuntur rationem. Quo sensu dixit Ptolemæus: quia solus sapiens dominatur astris. Stultorum autem infinitus est numerus. Significant ergo astra quædam naturalia in terra, nec ad illa homines cogũt:quinimò ea facile vitare possumus,veluti, exempli gratia, eleuatio manus cum gladio,signum est eminentis percussionis, nonnunquam tamen in iocum resolui tur. Rursus aliud exemplum succedit: si in capite alicuius vici aut stratæ vrbis videmus ignem accensum, & ventum validum ex ea parte, certe cõiecturamus domum ligneam, quam ignis & ventus petit,comburendam,tamen aquarum copia,aut alijs remedijs vitari potest. O quot fœlices principes,quot viros clarißimos fefellit, atque infœlices reddit hæc tam falsa, & auida futurorum euentuum inquisitio? Testes sunt tres inter cæteros omni seculo percelebres, & memorandi viri,Põpeius,Crassus & Cęsar:quibus teste Cicerone Chaldæi omnes mathematici,cæteriq; aruspices præclaro fine in patria morituros promisere,quod an verum sit, mœstum est commemorari:ferro enim omnes cæsi, duoq; longißime ab Italia inhumati, ferarumq; morsibus expositi fuere. Ea igitur atque maiora,quippe & deteriora his prouenire aßiduè conspicimus, quos fœlices astronomi præsagiunt. Nec tamen humana mens futurorum auida auerti vult,ne illorum nugis credat. Mira hominum leuitas, mira credendi facilitas, verius dixerim fatuitas, quam nõn parum Cicero miratur, qui lõge magis mendacibus quã vera dicentibus credunt. Cæteris siquidẽ etiã probis hominibus non facilè fides datur, si vno tantum notabili sunt deprehensi mendacio. Astronomos vero, & coniectatores,me-

quando liberales artes & mathematicas, quarum vsus ordinatur ad exercitium excellentium doctrinarum, vsque ad certum terminum, sed continue, & assidue exercere se in eis vsque ad quamcunque perfectionem, nonnunquam nociuum est: quia continua cõsideratio in illis retrahit, aut simpliciter aut pro parte ab vsu virtutis moralis. Tertia vero causa est quare liberales dicuntur, quia liberos, idest, expeditos, exercitatos animos requirunt: eo quod subtiliter de rerum causis disputant, & de illis plerumque, quæ à sensu remota sunt. Alia causa est, quia antiquitus tantummodo liberi, idest, nobiles, & ingenui in eis studere cõsueuerunt. Plebei vero & ignobiles studebãt in mechanicis propter peritiam operandi; corporalis enim operatio plus congruit plebeis, ocium autem, & studium nobilibus, secundum Hugonem.

CAP. XXXV. DE PRIMIS DVABUS liberalibus artibus, videlicet, grammatica, & dialectica, & de ortu earum & causis quare inuentę sunt, & de illarum laudibus, & vtilitate: ac demum de earum abusu, & incommoditate.

POSTQVAM egimus de liberalibus artibus in genere, superest vt in specie eas breui sermone tangamus. Primo igitur de Grammatica, & Dialectica agemus. De Rethorica vero in sequenti capitulo, differemus. Vocantur itaque tres ipse artes primordiales, quia circa prima literarum elemẽta versantur. Per eas enim aut de congruitate, aut ornatu sermonis, aut deniq; de orationis veritate & falsitate, principalius agitur. Prima itaq; Grãmatica, secundum Alfarabium, à literis nomen accepit: quæ mater est aliarum artium. Fuit autem causa & modus

modus inuentionis eius:quoniam cum homi nes inordinate,atq; ad libitum,& sine arte lo querentur, eueniebat vt minus bene conceptus suos exprimerēt,ideo & min⁹apte audiē tes intelligere valerēt,quò fiebat, vt tardius intelligere,& intelligi,ac difficilius scientias tradere possent. Qua de re curarūt sapientes, has incommoditates tollere,tradiderūntque artificiosum loquendi modum, vniformem quidem ac cōgruum vt omnis conceptus hu mani, demum cunctæ doctrinæ per eandem artem aptius,& liberius significarentur & ad discerentur. Verum & si vtilis, & necessaria ars Grammatice sit, quo tamen pacto inter scientias annumeretur, plurimi dubitarunt: pro eo quia Grammatica ipsa solum circa peritiam recti sermonis versatur, sermo vero transit: scientia autem est de permanentibus. Adde, quia hæc ars polire linguam, nō animum nouit,nec intellectum dirigere, sed labia. Accedit quia non propter se, sed propter alias inuenta est, quare instrumentum sciendi potiusquā scientia, secundū quosdā, dici potest. Logica secunda est liberalis ars, quæ & rationalis dicitur. Ipsa enim deffinire,quærere,respondere,vera à falsis diiudicare, ac subtiliter disputare docet. Necessaria certe & vtilis ars, quia secundum Hugo. in didascolicon,per eam subtilibus obiectionibus latens veritas reperitur. Causa siquidem inuentionis eius perutilis admodum fuit, cū enim in physicis plures suborirentur opiniones,& contrarietates, decreuerunt sapientes de modo altercandi artē tradere. Videbant enim, quia non posset facile peruenīri ad alicuius scientiæ certitudinem sine peritia disputandi. hanc Salo. omnium sapiētissimus, in prouerbijs addiscendam admonet,dū nos hortatur vt intelligamus sermones prudentiæ,versutiasque verborum,necnon parabolas, & obscurum sermonem, & dicta sapien-

tum ſimul & enigmata. quæ omnia, vt Hiero nymus ad magnum oratorem ait, dialecti-co rum & oratorum ſunt. Sed & Auguſtinus pro eo inter cætera Logicam commendat, quia exercitatiora, politioraque reddit ingenia. Sed certe ſi Dialecticæ fructus, ſi finis attenditur, vtique reperiemus, quia potius ingeniũ inaniter fatigat, quàm vtiliter perficiat. Nã & ſi condiſputantem viceris, non fructum, ſed verborum folia conſequeris. Hinc Grego. ſyllogiſtice inquit diſputare quid aliud eſt, quàm verbis contendere, audientes ſubuertere? Abutuntur enim ea arte plurimi, dũ confidentia clamoris, verborum veritatem impugnant. Rurſus quiſquis ea doctrina verſaris, neceſſe eſt contentioſius loquaris quicquid probare non potes, quia, vt inquit Auguſt. confirmationẽ ſumit ab homine, quicquid non habetur ex veritate. Sed & illud verum eſt, quia ſæpe nimium altercando perditur, dum inquiritur veritas, quod ſatis dolendum eſt. Idipſum quod ad veritatem iuuandam inſtitutum eſt, ad eam obfuſcandã, occultandamq; cum hominum labore ſtudioſiſſimè quæritur. Vnde Auguſt. in de doctr. Chriſtia. execrabilem dicit artem ſophiſticam diſputandi, & libidinem rixandi: quã

Ecc. 37.c admonet cauendam. Si enim doctrina foret pietatis, nequaquam ſacræ literæ tantopere eam deteſtarentur, cum aiunt, qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt. In ea certe, vt ipſe Auguſt. ait, victoria verborum, & oſtentatio ambitioſa quæritur, nec modo tardos, ſed plerunque ingenioſos decipit.

CAP. XXXVI DE RHETORICA, quæ eſt tertia liberalis ars, & de eius ortu & vtilitate ac laudibus. Rurſus de eius abuſu, & qualis debet eſſe orator, & ad quid valet eloquentia ſine ſapientia: & quomodo aliquando eſt mortifera.

RHETORICA tertia eſt liberalium artium, ſic dicta, quaſi ornatus ſit locutionis ſecundum Alfarabium. Veluti enim per Grammaticam congrue loquendi artem addiſcimus, ita per Rhetoricã ea ornate proferre quæ didicimus: ex qua re potisſima cauſa illius inuentionis ſumitur ſecundum Hugo. Eſt igitur huius artis ſumma vis, ingens laus. Nam, vt inquit Seneca, magna res eſt Eloquẽtia, nec adhuc vlli contigit, vt totam contingeret, ſatis fœlix eſt, qui in aliqua eius parte receptus eſt. Hæc certe ornamentum eſt aliarum ſcientiarum, quia, vt inquit Casſiodorus, quicquid in alia doctrina concipitur, ab iſta ſub decoro profertur. Vnde in Eccleſiaſtico ſcribitur. Tuba & pſalterium faciunt melodiam, & ſupra vtrunque lingua ſuauis. Et iterũ: Fauus mellis verba compoſita. Et rurſus ſcriptum eſt: quia ſapiens in verbis ſuis monſtra placauit. De laudibus vero eloquentiæ, repete quæ ſupra diximus in 34. cap. in princip. Sed certe hæc ars plurimos fallit, dum ſuos ſectatores dicere, non ſcire docet, inſtruit dulciter verba carpere, non vtiliter ſapere. Et dum verborum ſuauitas quæritur, vera rerum ſapientia amittitur, atque vtinam tantus hodie eſſet hominum labor ad recte beateque viuendum, quantus ad ornate, bene, politeque dicendum. Hine Firmianus Lactan. vtinam tam multi benefacerẽt, quàm bene loqui videntur. Adde, quia pleriq; ea vtuntur non ad ſalutem, ſed ad perniciem. Acerbisſi-

Ecc. 40.c
Pro. 16.d

ſed conficiunt) illico facundiæ ſtudijs ſe dedant: libroſque Ciceronis (& ſi vis) noſtri Quintiliani prælegant. Longè certe aliter idem Cicero moderna deplorans tempora in eo libro ſentiebat, quem de oratore ad Quintum fratrem edidit. Longe ſecus & ipſe Quintilianus, cum de oratoris inſtitutione ageret: rarum enim aut nullum fatentur optimum eſſe ea ætate oratorem. Cuius rei illam aſſerunt non inſulſam fore cauſam. Nã oratorem, inquiunt, in omni ſapientiæ genere perſuadere oportere: vt quæ alibi didicit, cum ſplendore dicendi proferat: adeo vt qui verum oratorem audit, ſcire, & intelligere pluſquam cæteri arbitretur. Quod vtique niſi diuerſis ſapientiæ titulis illuſtretur efficere non valebit. Quo enim pacto in ſacris literis ille perſuadebit, qui eas nuſquam legit? Quoue in naturalibus qui Ariſtot. non vidit? Quomodo in moribus, aut iure ciuili perorabit, qui earum ſcientiarũ ne dixerim expers eſt, ſed nec principia nouit? Ea de re Cicero mirari deſinit paucos admodum fuiſſe oratores, cum eos aut omnia, aut multa ſcire oportet. Quæ omnia homines complecti perquam difficile eſt. Hinc Auguſt. in de doctrina chriſtiana ait quendam ſapientem dixiſſe: quia oratorem oportet non modo delectare, ſed docere; nec modo perſuadere, vt flectat, ſed vt vincat. Conſtat itaque ea omnia non nudis verborum folijs: ſed multiplici ſapientia comparari. Talis ergo eloquentia à ſapiente prolata, omni dulcore mellis dulcior eſt: de qua in eccleſiaſtico ſcribitur: ſapiens in verbis amabilem ſe reddit: vt igitur partes laudatæ eloquentiæ quis aſſequatur, neceſſe eſt varia ſcientiarum ſuppellectili conſtipatus exiſtat: idque in prouerbijs Salomõ per monuit inquiens: ſtude ſapientiæ, vt poſſis digne proferre ſermonem, Qua ſententia contemptibilem aſſerit facundiam, niſi ſcientia Pro. 27.b

& sapientia fuerit condita. Fateor ergo; hominum mens hodie deprauata, quinimò & penitus obcæcata est: adeo, vt frondes pro fructu capiant, & fumo pascantur, dum se igni appropinquare putant. Hoc est certe illud tempus, quod Apostolus ad Timotheum præsignabat, cum poetarum fabulas ac figmenta pro veritate ac sana doctrina fideles accepturos in spiritu deplorabat, cum ait, veniet ergo tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Adde, quia (teste August.) Cicero ipse, & cæteri, qui rhetoricam docuere, fassi sunt eloquentiam sine sapientia obesse plurimum, & prodesse nunquam, sapientiam vero sine eloquentia plurimum profuisse. Hinc Apostolus ipse vas electionis ad Corinthios de se loquens palam fatetur se imperitum esse sermone, sed non scientia, & sapientia: tantum tamen profecit, quantum mundus capere potuit, & humana ingenia sufferre valuerunt: adeo, vt plus cæteris doctrina & prædicatione proficiens, vnus ipse doctor gentium meruerit appellari. Ipse denique etsi rhetoricis coloribus non vsquaque vtebatur, adeò vtiliter disputabat, vt omnes sua sapientia superaret. Non vtique (vt ipse alibi ait) vincebat in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, quæ ad eloquentiam referuntur: quare fideles summopere admonet, ne decipiantur in sublimitate sermonis. Nouerat enim ꝙ ad eundem sensum Iob dixerat: frustra, inquit, homo aperit os suum, & absque sapientia verba multiplicat. Nec idipsum gentiles veteres, qui eloquentiæ studia miro cuderunt ingenio, negare videntur. Quippe arbitrati sunt eloquentiam non debere iudicari, atque laudari verborum solo splendore, sed secundum grauissimas sententias à vera apiētia sapiēter elicitas, vt explicare libet,

& gratia exempli dixerim. In conficiendo diademate siue annulo, absq; proportione longe plus conferre videtur. qui carbunculum, qui gemmas, qui aurum offert; quàm artifex qui modo ea auro ligat, formamque simplicem adijcit. Omnis itaque referta oratio gemmis sapientiæ, & sententiarum pondere proficit, non solis verborum flosculis: parum ergo substantiæ, vel virtutis, aut solidæ pulchritudinis orationi afferre videtur, qui solū rhetoricæ & eloquentiæ vacat, velu ti qui nuda ex aliena pretiosaq; materia verba ligat. Qui vero non mendicando, sed sua diffundendo prçciosiora ministrat, longè plus conferre visus erit. Famulatur itaque (teste Augustino.) eloquentia sapientiæ, nec mirum (vt Hierony. ait ad magnum oratorem) si propter eloquij venustatem, & dicendi ornatum, sapientia vt domina ea vtatur: & aliquando de ancilla atque captiua propter eius venustatem faciat liberam Israelitem, quæ tam diu honorata incedat, quandiu dominam sequitur: sitque contemptibilis, cū sola absque Dominæ splendore prodire, & placere gestit. Postremo audi quid Augustinus dicat; ait enim, quia eloquentiæ solum vacantes minime ingeniosi habentur. Quid enim, inquit, prodest clauis aurea, si aperire non potest? Aut quid obest lignea, si potest? Agam igitur finem, si illud vnum dixerim, quia si sine sapientia eloquentiam profitentur, vanitati inuiti fatentur. Nam nudo verborum ornatui vacantes, humanitatis studia se iactant assecutos, cum enim, teste sapiente, vana sunt studia hominum, rectè oratorum exercitia studia humanitatis sunt, quippe & vanitatis, dum vanitati sermonis incumbunt. quos pulchre idem sapiens alibi digito tangit: verba inquit proferunt plurima, multaque in dicendo, & disputando vanitatem habentia. Sed & Hiere- Hie.10.b


mias ad eundem ſenſum, doctrina, inquit, vanitatis eorum lignum eſt argento inuolutum. Lignnm inquam ſiccum eſt atque aridum, idque vt ſplendat argento inuoluitur. Nec aliter rhetorum verba arida ſunt, veluti nullo ſapientiæ humore, aut ſententiarum ſplendore humectata, quare vt fulgeant argento nudæ eloquentiæ ſemper inuoluuntur. Quò fit, vt veriſſimum ſit eos ſtudia ſequi humanitatis, quin potius vanitatis. Adde quæ diximus in præfatione huius libri, quæ incipit; Verum vbi aliquid diximus, vſque ad medium capituli.

CAP. XXXVII. DE MATHEMATICIS ſcientijs in genere, & de earũ ortu, & fine.

MATHEMATICAE vero doctrinales vocantur, quia per certas demonſtrationes quantitatis continuæ docent, vt ſtatim ſubiiciemus. Has philoſophus metaphiſicæ conmumerat & cum illa conueniunt, quia vtraque cõſyderat de quantitate continua, ſed diſpariter. Metaphyſicus enim conſyderat de omnibus quantitatibus prout ſunt entia, vt ait philoſophus quarto metaphy. Sed mathematicus cõſyderat de quantitate vt de ſubiecto, & de illa principaliter agit, illamque demonſtrat. Et quia quantitas multiplex eſt, aut ſaltem quadruplex, ideo quatuor ſunt mathematicæ. Prima enim & nobilior quantitas eſt circa dimenſionem omnium cæleſtium corporum in ſe & inter ſe, per diſtantias & dimenſiones adinuicem, etiam reſpectu motus, & ſitus illorum: & circa iſtam quantitatem verſatur Aſtronomia. Alia eſt quantitas reſpectu auditus, circa ſonos & voces. Nam humana curioſitas videns in ſonis eſſe delectamentum, quæſiuit cauſam eius, vt ſibi poſ-

set per artem tales delectationes facere,& cõtinuare,vt dicit Boe. in primo musicæ: vnde docuit quantitatem vocum sub vna concordia:& consonantia sonorum coniungere, & in vna proportione numerali deducere, & hanc proportionem, & quantitatem sonorum vocamus Musicam. Tertia quantitas respectu numeri versatur, quæ dicta est Arithmetica,id est,virtus numeri: quia considerat quantitatem numeralem,& proprietatẽ eius,vt ait Isidorus. Hæc certe ars magnæ virtutis est,quia nulla aliarũ trium indiget, aliæ vero hac plurimum indigent,vt ait Boethius. Quarta vero quantitas versatur circa mensuram, quæ dicta est Geometria, id est, mensura terræ: quæ ortum habuit secundum Alfarabium in Aegypto.Cum enim post Nili inundationem possessiones omnes obducerẽtur limo,ad hoc vt deinceps possessiones certitudinaliter distinguerentur,cœperunt terrã lineis, & mensuris metiri,& partiri,vt sic certi limites ponerentur in possessionibus.A tali igitur primaria mensura terræ scientia mensurandi nomen accepit,quæ Geometria dicitur.Postea vero creuit inquisitio eius,& deuẽtum est ad lineas & circulos,& triangulos,& cæteras figuras ad eiusdem artis perfectionẽ. Gen. 1. b

CAP. XXXVIII. PARTICVLARIter de prima sciẽtia Mathematica, videlicet, de Astronomia,& de eius laudibus,& vtilitate. demum de illius incommoditate, incertitudine,laboribus,& damnis.



STRONOMIA itaque,prima est Mathematica,& quam antiqui mathesim penultima breui appellabant, eamq; vtilem probabilemq; habuerũt: quia, vt ait Policratus, natura illam induxit, ratio probat, & vtilitas, & experientia approbat, qui-

hanc sequuntur, curiosiores sunt cœlestium, vt inuestigent de singulis, quæ sub lunari globo continentur, vtilis certe ad naturales effectus prænoscendos. Illa enim desyderum motibus, magnitudine, & distātia pertractat. Euocat enim homines ab his tenebris, & crasso aere, & in superiorem illam lucidissimamque cœli domum tot luminaribus distinctam, oculos, & animum inducit. Est enim iucundum fixas stellarum imagines discernere, & erraticas suis locis nominibusq; designare, earumque coniunctiones. Denum Solis, & Lunæ defectus, longe ante prædicere, & præuidere, ex quibus plurima commoda consequimur, & non parua pericula & incommoda vitamus. Rursus non est dubitandum ex motu cœlestium corporum, plurimos futuros rerū euentus dependere, præsertim in illis, quæ ex nostro libero arbitrio non procedunt. Vnde, secundum doctrinam sanctorum, non sunt culpandi qui naturales effectus stellarum, & planetarum nouerunt, & prædicunt. Nam & in
Gen. 1. b Genesi legitur, luminaria cœli ad hoc producta esse, vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Patet ex prædictis excellentia & vtilitas huius artis. Verum secundum Alfarabiū, hæc ars pro parte mendax est, & hominibus ignota. Quis enim hominū hodie nouit omnium, & tam diuersarum stellarum diuersas naturas & effectus, & postea virtutes ex omnibus mixtas, vt cū certitudine determinet euētus, etiam naturales in elementis & elementatis contingentes? vt absque dubio dicere possit; talium stellarum coniunctio facit necessariò siccitatē, & talium coniunctio facit aquarum abundantiam, & talium pestilentiā, & talium mortem diuturnam, & taliū mortem celerem? Indubiè nemo nouit circa arcana, ista certum dicere; sed per coniecturas fallaces afferunt aliqua ex his, quæ contigerunt, aliquando, & non accidit vniformiter sicut dicunt.

Et ideo Astronomia iudiciaria fatua dicitur, & infatuatiua eorum, qui sibi vacant, secundum eundem Alfarabium. Irridenda certe est talium hominum dementia, vt scire velint, quæ in cœlo aguntur, qua si consilio cœlestiũ interfuerint, atque recenter inde venerint, cũ tamen quod in terra, quod in domo vxor aut soror eius egerit, ignorent. Noui ego quosdam astronomos vxores habere non satis pudicas, ipsi tamen de aliarum impudicitia coniectabant. Plurima itaque incommoda humano generi ex his futurorum perscrutationibus mathematici afferunt. Sed vltra prædicta imminent alia incommoda, & pericula. Nam raro difficulter sectatores huius artis intra moderationis metas cohibentur, sed cupiditate quadam futura prænoscendi, ad diuersa vanitatum genera eius velamento homines trahuntur, vt teste Policrato, non tam philosophiæ species, quàm quædam impietatis disciplina sit, & tandem in mathesim producta penultima conuertatur. Dilatant enim plurimi philaterias huius artis, vt constellationibus, & planetis nimium virtutis attribuant, & eis nescio quam autoritatem præstent in contumeliam creatoris. Et, iuxta apostolũ, ad sobrietatem nõ sapientes, stulti facti sunt. Ro.12. a Cœlestibus enim constellationibus attribuũt vitam, & mortem, cæterosque euentus hominum prædicere conantur, & cætera, quę pater posuit in sua potestate, non attendentes quæ per prophetam Deus ad illos irridens ait: dicite mihi quæ ventura sunt, & dicã quia Dii estis. Sic igitur mentes hominum futura prænoscere cupientium illudunt, vt tandem liberi arbitrij perimãt libertatem, qui pariter, & eis credentes vtinam illud cõsiderarent, quia altissimus syderibus ac stellis tantum dedit vigoris quantum voluit: sibi tamen retinuit totius opificij principatũ. Quæ omnia ipsi autori Deo exhibent famulatum. Iuxta illud: Psal.18. a

cœli enarrant gloriam Dei. Adeo enim hi homines diuinæ prouidentiæ, illiusq; bonitati, & potestati detrahunt, vt asserant aliquem faustum, aut fortunatum esse posse ex constellatione natiuitatis suæ. A quibus, vt quidam sapiens ait, quærendum esset, an credant ira Dei quibusdam plerumq; regna, & dominia ablata fuisse simpliciter, & eius gratia & beneplacito alijs esse collata? Rursus num credunt, quod eadem diuina ira, vel gratia Dei, aut aliquorum precibus potest placari, vt bona data non auferat, & mala merita non inferat, quæ omnia in sacris literis sæpe facta esse legimus? Quod si ea vera esse credunt, necesse est illos etiam credere, quia cõtra voluntatem Creatoris huiusmodi bona hominibus non pertineant, nec eis auferantur, sed infallibiliter verum sit, cuncta bona, & mala mortalibus ex Dei beneplacito prouenire. Vnde doctissimus Guilielmus Cancellarius Parisiensis pulchrè in eo, quem de vniuerso libro edidit, refert facere. Quia cum vnus ex Astronomis, cuidam ex illius natiuitatis constellatione magnã dignitatem polliceretur, ille ab astronomo quæsiuit, num si Deus nollet, ille dignitatem assecuturus esset? Cui respõdit, nullo pacto id effici posse. Rursus quæsiuit: an si Deus vellet, astra & eius natiuitas possent impediri, ne dignitatẽ assequeretur? Similiter respondit negatiue. Tunc ille: Cum ergo vtrumq; sit in Dei arbitrio, totum ei cõmitto. Quod vero obijciunt luminaria cœli producta esse, vt sint in signa, & tempora, fatendum est in naturalibus. Erraret enim medicus, si flobotomiaret incerta lunatione, vel signo syderum. Signant ergo sydera futura tempora, an naturaliter erunt sicca, vel humida. Secus in euentibus hominum, quæ ex arbitrio procedunt, & per rationem dirigi possunt. Tales enim astris non subijciuntur. Pendent enim ex intellectu, quæ, secundum philo

sophum, constat esse ab extra. Fatendum est tamen, quia inclinatiuè astra disponunt certos homines ad certos actus: præsertim eos qui non resistunt passionibus, nec sequuntur rationem. Quo sensu dixit Ptolemæus: quia solus sapiens dominatur astris. Stultorum autem infinitus est numerus. Significant ergo astra quædam naturalia in terra, nec ad illa homines cogũt: quininio ea facile vitare possumus, veluti, exempli gratia, eleuatio manus cum gladio, signum est eminentis percussionis, nonnunquam tamen in iocum resolui tur. Rursus aliud exemplum succedit: si in capite alicuius vici aut stratæ vrbis videmus ignem accensum, & ventum validum ex ea parte, certe cõiecturamus domum ligneam, quam ignis & ventus petit, comburendam, tamen aquarum copia, aut alijs remedijs vitari potest. O quot fœlices principes, quot viros clarissimos fefellit, atque infœlices reddit hæc tam falsa, & auida futurorum euentuum inquisitio? Testes sunt tres inter cæteros omni seculo percelebres, & memorandi viri, Põpeius, Crassus & Cęsar: quibus teste Cicerone Chaldæi omnes mathematici, cæteriq; aruspices præclaro fine in patria morituros promisere, quod an verum sit, mœstum est commemorari: ferro enim omnes cæsi, duoq; longissime ab Italia inhumati, ferarumq; morsibus expositi fuere. Ea igitur atque maiora, quippe & deteriora his prouenire assiduè conspicimus, quos fœlices astronomi præsagiunt. Nec tamen humana mens futurorum auida auerti vult, ne illorum nugis credat. Mira hominum leuitas, mira credendi facilitas, verius dixerim fatuitas, quam non parum Cicero miratur, qui lõge magis mendacibus quã vera dicentibus credunt. Cæteris siquidẽ etiã probis hominibus non facilè fides datur, si vno tantum notabili sunt deprchensi mendacio. Astronomos vero, & coniectatores, me-

lioris conditionis dixerim quod econtra accidit: Mille enim illorum in grauissimis rebus mendacijs, vna fortuita, & alias futura veritas fidem præstat. Quo fit, vt alius mirabilius accidat, quia (vt Petrarcha ait) sine vlla suspitione mendacij liberè mentiri possint, pro eo quia semel potuerunt non mentiri. Ad de aliam stupendi & admirādi caussam. Cum enim diuina veritas, scriptura sacra teste, nos moneat, ne prædictis coniectatoribus, etiam prophetis, & vera prædicentibus credamus,
Deut.13.a cum ait in Deuteronomio, si surexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum, atque portentum: & euenerit quod locutus est, non audias verba prophetæ. Tētat enim vos Deus an diligatis eum, nihilominus eis ipsis mathematicis, quos non prophetas, non sanctos scimus in cunctis credimus, qui paucula dæmonum forte præsagijs prædixerunt. Huius deniq; exercitij pericula, & incommoda, vltra prædicta ex eo conspicies, quoniam illam artem pro fundamento, & scuto quodam suæ iniquitatis multi venerantur, & colunt. s. diuinatores, necromantici, incantatores, arioli, aruspices, coniectatores, chiromantici. Vtcunque igitur sit, oro te fili charissime, hanc artem velut pestem fuge, nec quid astra de te inquiras, sed quid astrorū creator sanxerit, bonis operibus expecta, atq; vt ad salutem tuam cedant, iugiter exora: nec ab his coniectoribus veritatem spectes agnoscere, quibus veritas ipsa ignotior est, quam tibi. Fateor enim, aliqua astronomiæ species laudata est, atque perutilis. Veruntamen, teste Augustino, potius est scientia curiositatis, quàm doctrina pietatis. Nec illam inculpamus, sed vtilius se ctandam dicimus sapientiam naturalem, quæ astrorū arti hæret. Illa enim naturali intellectui consona est atque cōformis, per quam naturalium rerum animatarum & inanimatarum principia, passiones, & eorum, quæ cę-

lo & mundo cōtinentur, rationes & effectus cognoſcimus, ac multarum rerum poſſumus cauſas reddere, quæ mundo miranda videntur. Nec minus iucunda eſt inquiſitio perſpectiuæ, & de ponderibus tradita ratio. Fatemur tamen quòd in his naturalibus metaphyſicis ſanctis, non Chriſtus, non prophetæ ſonant, ſed philoſophus & commentator. De quibus ad Damaſum dicit Hieronymus, quia phyſici perſcrutatores oculos in cœlum leuātes, & vltra profundum terrarum in abyſſo demerguntur in vanitate ſenſus, in obſcuritate mentis ingredientes, diebus ac noctibus perſcrutantur multa vt ſciant, pauca vt ſapiant.

CAPIT. XXXIX. DE SECVNDA Mathematica, videlicet de Muſica, & de eius laudibus, & de vtilitate, ac illius incommoditate, miſerijs, & laboribus.

MVSICA vero altera mathematica eſt, quæ, vt dixi, conſonā multitudinē proportionum ſuarum in quadam æqualitate vocum conciliat. Hæc certe ars apud Græcos magno ſemper honori fuit, nec putabatur quis liberaliter eruditus, niſi muſicalibus cantibus inſtructus foret. Quantam autem virtutem Plato harmoniæ tribuit, ex his patet, quæ in Timeo tradit. Ait enim quia potentiſſima artium eſt Muſica, cuius harmonia virtus eſt ad mitigandos dolores animarum humanarum, ipſaſque lætificandum: ſimiliter & ad ingerendas eis omnes paſſiones, tantuſque eſt muſicorum in commouendis animis vigor, vt eos cogat mouere corpora ſua, etiam ad geſtus inſolitos, quibus motus interiores alterantur. Denique per harmonias gratia contemplationis, & diuinarum ſcien-

tiarum studia, non mediocriter iuuantur secundum Alfarabium. Adde mirabile dictum: quia & in bellis equos ipsi musicales cõcentus incitant, delphinos quoque & cætera animalia lætificant. Hanc Socrates didicit, & adolescentes erudiri in ea iussit, non ad lasciuiæ incitamentum, sed ad motus animæ sub regula, rationeq; moderandos: sicut enim nõ omnis vox; sed tantum quæ bene consonat, ad soni melodiam facit: ita & motus animæ non omnis; sed qui rationi congruunt, ad rectam vitæ harmoniam pertinent. Auget eius laudes: quia non modo delectabilis & vtilis est, qua nedum spiritus hominum viuificantur, sed instrumenta sunt ad rectos, bonosq; hominum mores, cuius virtute maligni spiritus cohibentur. Sed quid plura? Animum à curis liberat, & quadã in æterna lætitia ad exultationem in Deum mentes humanas prouocat. Vnde propheta; exultabunt, inquit, la-
Psal.70. d biia mea, dum cantauero tibi Sed iam audi illius incommoda. primò enim eas, quas diximus vtilitates, qui Musicam audiunt, consequuntur: non quidem ipsi artifices. Nam vt ait Arist. audibilia fortius mouent quàm sensibilia, aut per se operabilia. Quinimò (teste philosopho) propter vehementiam multitudinemq; vocum, læditur cerebrum, læduntur spiritus vitales cantantium: quò fit vt ad mores male dispositi reddãtur, quos Aristoteles bonausos, id est, indispositos ad res intellectus vocat. Rursus Musica & vsus eius per certas melodias ad mollitiem disponũt: aliquando ad iram, aliquando ad diuersa alia, quę distrahunt ab operibus virtutis & intellectus; quare segnibus ac magnis & studiosis viris audire, & iudicare, non exercere musicã præceptum est. Decet enim, vt sapientes aiunt, grauem virum non modo manus, sed voces cohibere ad aliorum applausum: quod proprium histrionum. Adde his quæ tangemus
infra

infra libro. ij. capit. xv. vbi de cantoribus agetur.

CAPIT. XL. DE TERTIA ET quarta Mathematica, videlicet, Arithmetica & Geometria, & de earum laudibus & vtilitate, ac de illarum incommoditate, inutilitate, & laboribus.

ARITHMETICA & Geometria vltimæ sunt Mathematicæ & admodum vtiles, quarum altera de numeris, altera de magnitudinis, in quibus secundum varias relationes parium vel imparium, item linearium, superficierum, aut corporum variæ species numerorum, magnitudinumque constituuntur: quæ cognitio iucunda est. Hæ quidem artes vtiles certe, & necessariæ sunt, & in scriptura sacra plurimum commẽdaræ: quia scriptum est: Omnia fecisti in numero, pondere, & mensura. Sine enim numero nihil agere possumus. Vt enim, inquit Isidorus. Tolle numerum à rebus, & omnia pereunt: nec differunt homines à bestijs, cæterisque animalibus, quæ calculi ratione ignorent. Et idem de Geometria, sine enim pondere, deniq; & mensura, nec possessiones, nec politiæ forent. Sap. 11. d

Sed fateor: hæ artes & si vtiles & necessariæ sint, non tamen homines conducunt, nec dirigunt ad mores, nec ad fœlicitatem æternam. Quid enim prodest rerum magnitudines, ac extrinsecas quantitates agnoscere, sui vero ipsius intrinsecas qualitates ignorare? Psa. 146. b Quid rursus quantus sit orbis intelligere, sed quantus eius creator nescire? Aut quid prodest omnium numerorũ proportiones attingere? quid numerare multitudinem stellarũ, & omnibus eius nomina vocare, si vitia, si scelera sui ipsius non computat? Vera igitur Geometria est quantitatem & magnitudinẽ

peccatorum attendere, illaque pœnitentiæ calculo diluere. Vera illa est Arithmetice; dies nostros dinumerare,& in quo defecimus
Psal.38. a computare,dicentes, fac mihi domine notū numerum dierum meorum,vt sciam quid desit mihi,quia carpentarij has artes sibi vendicant,in quarum vsu pericula, fraudes,& doli non desunt. Taceo de falsis computis,de falsis mensuris,& ponderibus. Vides,fili mi,huiusmodi mathematicas artes fore alienas ab artibus & scientijs pietatis,quæ ad vitā æternam conducunt, ad quam re dirigere omnia mea studia tendunt.

CAPIT. XXXXI. IN QVO SVB breui epilogo recolligit autor cunctas alias artes,& genera viuendi in hoc seculo.In quo ostendit miserias, labores & pericula omniū statum, & docet eas omnes plures habere aculeos, & miserias, quàm gaudium, quietem,& securitatem,discurrens per omnes modos viuendi in hoc seculo.

CERNIS iam, fili mi charissime, si ea,quæ audisti,tecum ipse recolis ac discutis, explicata esse omnia vitæ genera,cuncta denique humana, temporaliaque exercitia: in quibus diuersa mortalium studia, tam sedulo & vehementer occupantur. Nec enim puto me falli, quoniam humanus animus in illis non tam satiatur, quàm cruciatur. Si enim rectè iudicas, plus in eis laboris,quàm quietis,plus mœroris, quā gaudij, plus luctus, quàm solatij, plus difficultatis, quam facilitatis, plus periculi, quam securitatis reperies: quæ omnia opto tecū ipse consyderes. Scio enim quoniam si minimam laborum difficultatum, & afflictionum partem pro immortali Deo perculeris eorum, quæ mortales subeunt, vt seculo diuersis modis

seruiant, recte quidem beatus eris. Verum sub breui epilogo plurima tibi ad mentem adducam. Quis enim omnium viuendi generum, ac humanorum exercitiorum, & officiorum labores, incommoda, pericula, fraudes quoq;, & dolos facile commemorare posset? Sed (vt breuiorib⁹ apud te vtar verbis) à summo culmine vsque ad infimum, à Cæsare vsque ad bubulcum, à rege vsque ad pastorem, nulla quies, nulla securitas, sed omnia casibus, periculis, aculeis, laboribus innumeris subijciuntur: cuncta fraudibus, & iniquitatibus subiacent. Regis enim aut Cæsaris clarissimum esse nomen non ambigimus; sed durissimum officium, & magis seruare difficile: in excelsum enim & ventosum montem ascendit rex, quem facilius fulmina feriunt. Nam etsi clarus Regis titulus sit, res tamen obscura: nec aliud est quàm vitreum, & periturum iocale, curis & periculis plenum. Demum Reges delirant adulationibus, & (quod periculosius est) retento Regis nomine, plerique tyranni fiunt, quorum nonnulli multo iustius sub Rege iusto agerent, & tranquillius, quam Reges ipsi essent. Locus certe regius nedum ignauus & petulans est, sed & periculosus, laboriosus, virtutique difficilis. Quippe bonus Rex, seruus publicus, & malus hostis illius. Adde, quia rex ea die, qua regnare cœperit, mori cœpit. Alijs enim viuit moriens, quod difficile creditur à Regis hostibus. Si quæ erat olim quies Regi, perijt. Sed de principum miserijs hactenus in secundo huius libri capit. diximus. Simile omnino de Principibus, de Ducibus, & Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris potentibus cogitabis: quibus illa indelebilis, atque irreparabilis mœstitia addenda est: quia & si potentes sint, posse tamen ne Regi subijciantur, nequaquam possunt. Cætera hominum officia, status, artes,

& exercitia breuioribus attingam verbis, mi lites non defendunt, sed deprædantur: officia les excoriant, thesaurarij sibi non reip. thesaurizant. Regia domus plena superbijs, referta mendacijs, impietas in principum castris: quia, iuxta poetam, nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur. Sed transire ad alios libet. Eques fastuosus, armiger pauper deprędatur, pedites luctuosi inferni ministri; venator fessus cursitat inaniter, fraudatur auceps; piscator madidus aquas, non terram colit; custodes latrones in syluis, iustitiarij in foris sicarij; excoriat barbitonsor; lædit chirurgus; occidit medicus, apothecarius sophisticat aromata; iudices tribunalia vendũt, notarij registra falsificant, litigijs se immiscet canonista, fraudibus ditãtur legistæ, fraudat orator, artistæ superflue curiose rimãtur, theologi bona prædicant, praua agunt, mercator decipit atque deierat, venditor laudat, vituperat institor, scriptores incorrectè depingunt, pictores falsa sculpũt, carnifices putrida vendunt, tabernarij ebrios pariunt, gulam gignunt. Sed tam cæca est hominũ mens, vt, ad hæc omnia, & si miserijs, periculis, erũnis plena, tamẽ vt ad quædam solatia ingentiã properant, festinant. Currunt enim & discurrunt mortales, non quidem per virentia prata, sed per scabrosas sepes, ac semitas diuersas. Quidam enim ascendunt montes, transcendunt colles, transuolant rupes, transgrediuntur foueas, ingrediuntur cauernas: alij rimantur viscera terræ, alij profunda maris penetrant, alij opaca nemorum trãsfodiunt, alij exponunt se ventis, & imbribus, & tonitruis, & maris ac fluminum fluctibus, & procellis. Alij metalla cudunt, & conflant; alij lapides sculpunt, & poliunt; alij ligna succidũt, & dolant; alij telas ordiuntur, & texunt; alij vestes incidunt, & consumunt; alij ædificant domos; alij plãtant hortos, & vineas; alij suc-

cendunt fornaces,alij extruunt & cōdunt mo lendina;alij piscantur;alij venantur; aucupantur,& tandem alij mercantur, vel fœnerātur. In quibus omnibus non deficit fraus, dolus, & nequitia,ac etiam pericula plurima. Rursus alij medicantur,cogitant, consiliantur,& tandem decipiuntur. Alij cōtendunt;alij prædiantur;alij plurimo animo voluunt, vt diuersis artibus opes congregent,& quæstus multiplicent ,lucra sectentur , & his labor corporis,afflictio mentis,periclitatio animæ. Quæ omnia hominum studia, atque exercitia tam vana sunt , quàm diuersa plena certè periculis,aculeis,& laboribus . Quod pulchre non negat sapiens Salo,inquiens, cumq; me conuertissem ad vniuersa, quæ sub cœlo,sunt, & quæ fecerunt manus meæ, & ad labores quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem,& afflictionem, & quod non sit labor, & afflictio spiritus. Et concludit: cunctæ res difficiles,nec potest eas homo explicare sermone, prout statim particularius in sequentibus capitulis differemus.

CAPIT. XXXXII. IN QVO INquiritur causa,quare à prima mundi origine boni, & mali in quouis statu existentes , diuersas miserias,pœnas,cruciatus , plurimaq; mala, & incommoda corporaliter passi sunt. Et breuiter enarrantur calamitates in specie omnium fere magis excellentium personarum vtriusque testamenti.



VAM cæca sit mortalium curiosa inquisitio erga vitæ formam eligendam,satis ex prædictis conspicere libet. Audita siquidem sunt non modò in genere,sed in specie eorum,quæ temporaliter , & in hoc seculo vitam ducunt: cuncta humanæ vitæ studia,exercitia, artes, & officia,in qui-

bus ostensum est parum fore dulcoris, plurimum vero mœroris, & afflictionis. Superest igitur pro huius partis complemento, vt eius rei primò causas perquiramus, deinde a nascentis mundi origine, plurimum & fere omnium magis excellentium, & egregiarum personarum miserias, pœnas, afflictiones, incommoda, mala, mortes teterrimas, particularius, & nominatim breui, sed compendioso sermone narremus: nec modò sceleratorum hominum sed & innocentium. Vt dum vnusquisque bonos simul, & malos ea pertulisse cognouerit, nequaquam se magis aut exemptum, aut priuilegiatum reputet. Quid igitur sibi vult, quòd nulla viuendi formula, nulla vitæ ars, nulla sors iustorum aut iniquorũ hominum, miserijs, laboribus, & anxietatibus, cruciatibus, ac pœnis careat? Certe quisquis interrogat, mecum ignoret. Si tamen inquirendo aliquid dicere libet, illa fortassis inter cæteras causas summaque ratio assignari valebit, quoniam, teste Ieremia, oculi hominum ad auaritiam, ad sanguinem innocentum fundendum, ad calumniam, ad cursum mali operis intenti sunt. Quodq; & Genesis libri proclamant: quia vidit deus ꝙ multa malitia hominum esset in terra & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum. & in prouerbijs scribitur: pedes hominum ad malum currunt. Et iterum in Ieremia, de malo ad malum egressi sunt: quare recte eos mala sequuntur, qui mala cogitant, & operantur. Quod sensit Dauid cum ait: comprehenderunt me mala, quorum non est numerus. Hinc Greg. nulla dominabitur aduersitas, si nulla dominatur iniquitas. Nec aliud clamabat sapiens. Corda, inquit, filiorum hominum replentur malitia, & contemptu in vita sua. Et subdit: & post hæc ad inferos deducentur. Natura enim humana, tã naturaliter deprauata est, vt ex se mutari nõ

Iere.22.c

Gen.6. a

Pro.1. b

Psal.39. c

valeat: quare necesse est eam comitẽtur mala, sequãtur aduersa. Hinc idẽ sapiens: nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorũ: quoniã non poterat mutari iniquitas eorũ in perpetuũ; semen enim illorum erat maledictũ ab initio. Sed dices iustè quidem malos mala sequuntur, bonis vero præmia nõ supplitia debentur. Sed audi quod sanctus Iob dicit: si impius fuero, vę mihi: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria. Primis enim afflictio pœna est, secundis medicina, illis supplicium, istis exercitiũ, omniũ tamen, vt ait sapiens, multa est afflictio. Quod Apostolus nõ negauit inquiens ad Timotheum: omnes qui piè viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Nec aliquem idem sanctus patriarcha excepit cum ait; homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Id enim hominibus summa ratione congruit. Nam cum mens humana ad eã ad quã est creatus quietem suspiret, agit diuina prouidentia nos ad illam dirigens, vt in hac valle miseriæ nullis gaudijs, nullis prosperitatibus meritò quietetur, vt tanto vehementius nos æterna illa nondum habita delectent, quanto iam ista adepta cruciant. nec aliud imperator noster verbo & exemplo docuit, inquiens: in mundo pressuras semper habebitis. Super quo verbo Grego. nemo inquit, sibi promittat, ꝙ euangeliũ non promittit. Quis tam demens ille est, vt sibi in quouis huiuslibet statu quietẽ, & gaudia promittat. quippe tribulationes, & angustias euangelica, imò Christi vox cõminatur.

Sap. 13.a

Iob. 10.c

Timo. 3.

Iob. 13.a

Io. 16. g

Superest vt exemplis factisque comprobemus, quæ verbis attulimus. In primis igitur quam vera sint facilè intuebimur, si cunctas huius seculi ætates discutimus, si deniq; nostrorũ priscorũ vitas, ac studia, artes, & exercitia, perscrutemur. Memores itaque simus dierum antiquorũ, cogitemus generationes

Deut.32.a singulas. Interrogemus patres nostros, annũtiabunt nobis, maiores nostros, & dicent nobis. Nam à tempore, quando diuidebat altissimus gentes, & quando separabat filiis Adã, omnis creatura, omnis ætas, miserijs, & erumnijs plena fuit. Incipere autem libet à primo nostro protoplasto. Is à dæmone seductus, quam male permutauit locum nos ipsi sentimus. Vxor vero Eua quam malè versutijs dæmonum credidit, nos ipsi patimur, quibus plurimas afflictionum miserias infeliciter transmisit, quas sibi nobisq; vitasset, si voci creatoris obedisset. Per quorum transgressiones ab ipsa mundi origine omnes morti dediti, non modò mali, sed boni, non peruersi, sed & iusti, recti, & innocentes: non nisi sudoribus, miserijs, & laboribus, vitam duxerunt. Abel.n. eorum filius innocens à nocente occiditur. Enoch iustus ab hac vita transfertur. Caim sagitta perfoditur. Lamech primus bigamus excæcatur. Tubalcaim laboribus implicatur, & faber mallcator, atq; in cũcta opera æris & ferri, multipliciter fatigatur. Mathusalẽ sicut plurimis annis vixit, sic multa frigora, multa que sensit discrimina. Noe ab ea, q̃ plãtauit vinea, irridetur, atq; centũ annis in arte fabrica desudauit, viditque tremulus cateractas cœli apertas, ruptosq; abyssi fontes. Nembroth tyrannus maledicitur, & præsumptio turrim ædificantium, cum eorum supplicio reprimitur. Abraham tentatur, & circunciditur. Capitur Loth in bello. Saræ vero sterili deficiũt muliebria; Agar expellitur; Bellis insudat Ismael. Isaac immolandus per multas miserias senuit; decipitur Esau suis primogeniis Primogenitus ipse à fratre frustratur. Sodomorum tabernacula vorax ignis consumpsit. Vxor Loth curiosa sciendi prohibita, salis conuertitur in statuam. Rebeca desyderio filiorum premitur. Iacob luctatur; à fratre insidias patitur. Lia licet fæcunda, lipposa do-

lebat

lebat, Rachel pulchra, doloroſo partu ſpirat. Dina indigne violatur. Sichen mœchatur. Ioſeph à fratribus venũdatur. Ruben maledicitur. Simon & Leui à patre vaſa iniquitatis appellantur. Dan vero coluber. Iſachar aſinus. Beniamin lupus rapax. Et vt breuius agamus, filij Iacob de ſcelere peſſimo accuſantur. Pincerna Pharaonis impiè incarceratur, piſtor ſuſpenditur. A domina carnalibus ſtimulis Ioſeph angitur. Populus Iſrael in luto, palea, lateribus, ac ſeruilibus oneribus premitur, maſculi iubentur interfici, obſtetrix timore falſum dicit. Moyſes ciſtæ aquiſq; committitur. Aegyptus in ſabulo ſepelitur. Cæteros intempeſtiua mors affligit. Muſca percutit grauiſſima, ranarum multitudo, culices, brucus, lapides, grandines vexant. Tandem rotæ curruum ſubuertuntur, atque in profundum feruntur, & tenebroſus vorax pontus abſorbet. Populus ſitit, eſurit, ſimul & murmurauit in deſerto. De porta ad portam quærunturidololatræ iugulandi. Crematur Nadab. Murmurans populus ſuccenditur flammis. Dathan & Abiron terra abſorbuit. Core ad centrum terræ ruit. Igniti in populum ſæuiunt ſerpentes. occidũtur cananei. Moritur Aaron in monte. Impugnatur Balaam. Moyſes dilectus Deo extra patriam moritur. Hierico corruit. Lapidatur Achor. Succenditur Hay, & eius rex ſub aceruo lapidum ſubmittitur. Pugnat Ioſue. ſenſerunt de cœlo lapides Amorrhæi. Aioth in ventre pinguiſſimo gladium dereliquit. Sexcentos occidit vomere Sangor. Perimuntur Zebee & Salmana. Abimelech ſeptuaginta fratres ſuper lapidẽ regnandi cupidine occidit, eiuſque cerebrum non multum poſt mulier confregit. Iepte filiam immolat. Dicentes Cheboleth iugulantur. Philiſtei aſini mandibula ſternuntur. Alij cum Sanſone templi ruina cõſumuntur. Filij Beniamin occiduntur. Moritur Abime-

lech, flet Hanna. Cæsus est Israel. Finees & Ofni moriuntur. cecidit Heli. Golias per imi tur à Dauid. Pereunt Philistęi. Cadunt sacer dotes. Percutitur Nabal. perimitur Ionathas. Saulus armiger se fideliter, ne dixerim impru denter, necat. Transfoditur Asael. Abneger occiditur. Miphiboset claudus decolatur. Iosobeth percutitur. Oza vincitur. Syri perduntur. Vrias bene seruiens luget. Thamar Amon pœnas luit. Pendet Achitophel. Lancea foditur Absalō. Dauid pater dum hostem cernit occisum filium plangit charissimum. Currit Achimas ad malum. Decollatur Syba. Enumerati à Dauid pereunt, sine culpa interficitur Adonias. Occiditur Ioab. Idolatrat Salomon, qui cunctos sapientia vincit à muliercula deuincitur. Spernitur Roboam. Ieroboam maledicitur. Dolet Asa.

Vritur zambri. Timet Elias. occiduntur prophetæ. Micheas sagittatur. cecidit Ochozias. vruntur quinquagenarii. Irridetur caluicio Eliseus. Pueri vrsis lacerantur. Leprosus Naaman anxius medelam quærit. Punitur Giezi. corruit Ioran. Feritur Sennacherib. Aegrotauit Ezechias, dies ei mortis prædicitur. eruuntur oculi Sedechiæ. Dolet Esdras. Luget Nehemias. Abijcitur vt bestia Nabuchodonosor. occiditur Balthasar. Innocens accusatur Susanna. Ionas in pelago recluditur. Thobias dolet cæcitate. præstolatur Hanna. Sara lachrymatur. In periculo Iudith constituitur. Holophernes, quē vix terra sustinebat, à fœmina capite truncatur. Vasti repellitur. Pallet Hester. Suspenditur Aman. decidit potens Alexander. Opprimitur Eleazar. Occiditur Antiochus. Perijt Lisias. corruit Nichanor. Iudas ocubuit. Perditur Ionathas. Simeon perimitur. Eliodorus flagellatur. necatur Onias. occiditur Lisimachus. Machabæi torquentur. Iob diuersis plagis percutitur, & in sterquilinio

tanquam dulci lecto meditatur. Paucula ex multis sufficiant eorum, qui in veteri lege afflicti & tribulati sunt. Taceo eos annumerare, qui sub euangelio, & lege gratiæ diuersis pœnis, cruciatibus, miserijs, & malis afflicti reperiuntur. Quis enim apostolorum plagas, quis martyrum ignes, gladios, quis innocentum enses, & præmaturas mortes enumerare posset? Quorum alij cæci, alij septi, alij lapidati sunt. Alij plumbatis, alij sagittis, eculeisque rubricantur, rotis lacerantur, lignoque affiguntur, alij bestiarum dentibus traduntur. Liberet illud conuiuium hic inserere, quod Cipriano nonnulli attribuunt, in quo ex scripturis sacris plurimos introducit, qui non escas, sed corpora, membra, sanguinem, pericula, & labores ad conuiuium conferunt.

Ex præmissis igitur attingere libet series, & causas malorum & dolorum, quibus mortales corporaliter afficiuntur: adeò, vt apertis oculis conspiciamus nullum hominum genus ærumnis & miserijs caruisse, nullumq; tẽpus à doloribus & laboribus vacasse: vt recte rex & sapiens Salo. dicere ausus sit: vidi calumnias, quæ sub sole generantur, & lachrymas innocentum & consolatorem nemini: & laudaui magis mortuos quàm viuos, & fceliciorem vtroque iudicaui, qui nondũ natus est, nec vidit mala, quæ sub sole sunt: quoniam vniuersa vanitas & afflictio. Et rursus in ecclesiaste. Quid de vniuerso labore hominis, nisi cruciatus & afflictio? Et subdit, cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni, nec per noctem mente requiescit.

Eccl. 4. a

CAP. XLIII. IN QVO OSTENditur homines in quouis statu viuentes non solum pœnas exilij, cruciatus, & mortes, & cætera corporalia incommoda, assidue pati, sed alias diuersas intrinsecas mentis afflictiones; vt nusquam vita aut sorte sua contenti sint. Et breuiter tangit particulariter omnes fere huiusmodi animi querelas & molestias ad vtranq; partem.

POSTREMO parum est mortalibus, quas paulo ante enarrauimus miserias, ne dixerim supplicia, calamitates, & pœnas corporales perpeti, nisi plurimis alijs mentis intrinsecis erūnis, & assiduis cruciatibus premantur. Vehementius enim inuisibiles animorum morbos, quam corporeos aut visibiles affligere constat; quare eos difficilius curari posse perspicuum est. Quàm ita que diuersis & aduersis affectibus secum pugnet mortalium animus, non alium quàm se interroget, sibiq; ipse respondeat, quàm vario, quàmq; reciproco mentis impulsu, modò huc rapitur, modò illuc, vt nusquam vnus integer existat. Quippe secum ipse dissentiens, seipsum discerpit. quatenus sine vlla requie ab ortu hominis vsq; ad exitum fluctuet mortalis vita, quamcunque viuendi formulam eligat, vt recte de eo Iob dixerit, quia homo repletus multis miserijs, fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Sed, vt cætera taceam, non parua mortalium miseria putanda est, nulla ratione effici posse, vt cuiq; suæ vitæ formula placeat, cuius plurimos habet inuidos, nulli sua ars applaudat, nullum fors lætum teneat, sed querulus aliena peroptet, qui sua non satis meruit; age, vt ea ipsa quæ maxime cupierat, assequatur. Certè cum fauorabilis incipit esse fortuna, illico mens emolita timidior, & suæ sortis obliuio

Iob. 13. a

sa fieri incipit: vt non à casu Flaccus dixerit, bene ferre disce fortunam. Inexplicabilis certe miseria est, se miserum semper putare, nec à miseria eripi posse, atque illa calamitas (vt ita dixerim) omnium calamitosior est, quando à calamitate respirare nõ licet: quippe cui quicquid accidat, etiam si lętum, incundumq; existat, continuo cruciet. In primis itaq; vellem illud humanus cõsideraret animus, quod ante oculos conspicit. Ego verò plures vidisse sum memor, qui damna, qui pauperiem, q supplicium, qui mortem carorum, qui peiores morte, videlicet, grauissimos morbos æquo animo tulerunt; qui tamen diuitias, qui honores, qui potentias, qui fastum, qui laudes, qui famam, qui aliorum sine inuidia præconia, atque triumphos, quieta mente ferrēt, neminem. Quasi siquidem animi passiones, & si apostolus opera carnis appellet, quia tamen à fonte cordis profluũt, rectè morbi animi censendi sunt. Quid enim aliud ambitio est, quid cupiditas, nisi superbia? vt enim Augusti. inquit, non est ambitio sine elatione, non est cupiditas sine superbia, quia omnis superbus cupidus est, & omnis ambitiosus elatus, quæ omnia rectè animi vitia sunt, veluti ex affectu & desiderio procedentes. Nam Isidoro teste, cupiditas desiderio augetur, cum scriptum sit, insatiabilis est animus cupidi. Digne igitur imperator noster apud Mathęũ ait. Quia ex corde exeunt cogitationes malæ. Tange si vis simul, & discute omnium mortalium querelas, ac varias animi afflictiones. Matt. 15. b
Verum audi illico causas atque rationes; vt liquidò agnoscas tanto maiores pectoribus humanis inesse miserias, quantò magis obcęcati sint, vt cur eas patiantur aut ignorent, aut non satis intelligere velint Quidam enim non parum animo torquentur super amplioris fœlicitatis, prosperitatis, ac fortunę carentia; sed certe ignorant quot periculis ac insi-

nitis,& inexplicabilibus curis plenæ sint. Alij tristantur etiam post adeptas quas optarunt prosperas fortunas, sed forte aut eas, quod difficile est, ferre non nouerunt, aut recte conspiciũt eas bonis moribus aduersas. Alij murmurant de aduersitate, infortunio, & calamitate, sed certe, nisi fallor, non cogitant quod incogniti hominis nota esse calamitas non potest. Alij de eius fortuna, ne dixerim inconstantia, sed fallacia, vehementius queruntur, quæ adeo cum eis ludit, vt illos in patria sua vno prope tempore dominos effecerit, simul & exules. Sed certe hi integram fortunæ amicitiam non amplectuntur: cum eius leges aspernantur, quæ in altum nihil diu manere sinit. Adde, indignum fore, vt mores ludosque illius respuat, cui se totum deuouit. Alij denique pœnas sentiunt in huius mortalis vitæ incolatu, ac prolõgatione, sed certe hi præmaturam mortem inexperti, id optant quod venisse dolerent. Alij queruntur se persecutiones, impugnationes, atque iniurias diuersas, tormenta denique & exilia perpeti, sed quid si aut alijs ipsi ea intulerunt, aut meruerunt? Alij lamentantur, quia tentationes flagella patiuntur, sed certe eis exercitari minime nouerunt. Alij turbantur plurimum, quia vano honore, inanique gloria non fruuntur, sed hi aut veram gloriam non nouerunt, aut forte eos latere melius tutiusque foret. Alij quòd despecti humilesq; ab hominibus reputentur, sed forte longe plus deijcerentur, si plus eleuarentur. Alij detractiones, infamias, & opprobria molestissime ferunt, sed hi falsis laudibus tument. Alij anguntur super temporalis potestatis, aut dignitatis, siue mundani dominij carẽtia, sed his virtus fortassis non superest, vt ea assequantur & ferant: vel hi corruptum habent gustum: talia falsò putantes diuturna. Alij de natura conqueruntur, ob cognationis &

magni generis seu nobilitatis defectum, sed hi veram nobilitatem non satis nouerunt. Alij paupertatem & diuitiarum inopiam implacabiliter ferunt, sed certe hi falluntur, putantes diuitias ipsas possessores suos fœlicitare, non cruciare. Alij de perditione rerum, de naufragio, ruina, aut temporalium bonorum damno, & defectu plurimum anguntur; sed forte his expediens fuit illis carere, quæ causam maioris ruinæ præstabant. Alij amicorum, vel carorum amissionem, vel separationem deplorant; sed certe putãdum est amicos non satis se amasse, qui à vitæ periculis euaserunt, nec perierunt. Alij de iniqua societate torquentur, sed forte eos bona non oblectauit. Alij de carentia humani fauoris queruntur, sed quid si odium eis longe plus profuisset? Alij quòd ab amicis derelicti existãt, sed quid si primò ipsi eos reliquerunt? Vel forte dignum fuit, vt quos virtus non fecit, fortuna dimitteret. Alij rursus similiter lamentantur, quòd tam cari paulo ante hominibus visi sunt, vt certatim in eorum amicitiam venire niterentur, idem tamen ipsi de nulla alia re concordes, in suum excidium quasi communicato consilio conspirarunt. Sed hi de amicitia æquiuocant, aut forte cessauit vtilitas, cuius gratia amici assumpti sunt. Alij quòd amicis tediosi aut onerosi existant, sed quid si grati atq; beneuoli fieri voluerunt, aut renuerunt? Alij quòd inimicitias sine causa patiuntur, sed quid si virtutẽ non habent reconciliantem? Alij summa tristitia afficiuntur, quia non satis voluptatibus delitescunt, sed hi falluntur, qui contumeliosos hostes amicos reputant, vel forte otiositatem illas afferentem præscindere nolunt. Alij quòd refectione temperata careant, sed hi ignorant eam male digerẽtibus prodesse. Alij quod ieiunio & abstinentia vti non possunt, sed certe quia ne possint, volunt. Alij su-

per famis & sitis inedia queruli sunt, sed quid si illis saturitas inimica est? Alij super amplę & delicatæ habitationis carentia tristantur; sed his angustus forte locus virtutes donat. Alij super asperis & duris lectisternijs lamentantur; sed certe quos mollia ad luxum inertiamq; prouocarent. Alij de vilibus vestibus queruntur; sed hi in domibus regum esse cuperent, qui mollibus vestiuntur. Alij quòd cæteris humanis solatijs caueant; sed hi satis ignorant plus tristia quam læta quibusdam conferre. Alij quòd cum hominibus non conuersentur aut fabulentur; sed indubie tales ignorant sollicitudinis dona, virtutesq; silentij. Alij de omni tristabili euentu querũtur, Sed certe quia cuncta illis ad votum successere, quibus sese experiri non licuit. Alij non modo turbantur, sed incõsolabiliter torquentur, quia mali in hoc seculo melius habeant, quam boni; sed hi non facilè credunt, malos nihil habere in cœlis, sicut bonos parum in terris. Alij quòd in seruitutem redigantur seu captiuentur & incarcerantur; sed hi ignorant quòd potior pars hominis, id est, voluntas libera est, cui principes non dominantur. Alij tristãtur, qđ oporteat eos diu iugum subiectionis portare; sed hi præesse nõ subesse optant, nec obediẽtiæ fructũ satis gustarunt. Alij queruntur de obseruantia diuersorum præceptorum: sed hi certe aperte demõstrant, quòd eos transgressio delectat. Alij de reuerentia superioribus exhibendi queruntur, sed hi illã recipere non exhibere cuperent. Alij de carentia propriæ volũtatis; sed certe hi tales ignorant, quàm graue malum existat propria voluntas. Alij de voti emissione, sed hi certe nõ satis nouerunt, quòd fœlix necessitas est q̃ ad meliora compellit. Alij quòd seculum derelinquere non valeant; Sed certe his ideo volũtas deest, quia voluntas non adest. Alij quòd religionem ingressi perseuerare nequeant;

sed

ſed hi certe incœpiſſe dolent. Alij quòd excommunicati exiſtant, ſed hi certe eccleſiæ cenſuram non medicinam, ſed pœnam falsò putant. Alij quòd irregulares ſint aut inhabiles, ſed hi certe non ſatis humiliari nouerunt. Alij quòd diuinis officijs, & ſacramẽtis careant, ſed his forte vtilius foret deuotione & fide ſuſcipere. Alij quòd lectio aut vſus ſacræ ſcripturæ eius auferatur, ſed certe quia eis aut ad quæſtum aut eccleſiæ diſcrimine vtebantur. Alij de exauditionis tarditate anxij ſunt, ſed forte non ſatis ſciunt, quia qui differt cibum, auget eſuriem. Alij de rerum tẽporalium petitionis fruſtratione angũtur, ſed certe quia aliena ſunt à vera interioris ſui hominis ſalute. Alij de impedimento contẽplationis queruli ſunt, ſed quid ſi ad pietatis actiua opera ſunt efficaces? Alij de augmento negociationis, ſed forte contemplationi inepti ſunt, aut illa eis per moleſta eſt. Alij quòd virtutibus careant, vitijs ſe dedant, ſed verum eſt, non niſi à ſeipſo quis læditur. Alij quòd faciliter vitia ſequantur, ſed hi vitijs reſiſtere nolunt. Alij difficulter virtutes amplectuntur, ſed certe quia confragoſa & per difficilis ad virtutes via eſt, dulcis ad vitia. Alij mœſtiſsime ferunt ſtimulos carnis, ſed hi forte eos præueniunt. Alij de erronea, ſeu nimis arcta conſcientia anguntur, ſed certe hi ſuperiorum exemplis aut præceptis iuuari ſpernunt. aut quià ſuo ſenſu reguntur. Alij quòd ſemper læti & iucundi & nunquam triſtes, neque in aliquo conſcientia ſtringant, ſed certe hi timorem Dei abijciunt, & latam ſimul & lætam vitam ſequuntur vitiorũ, quæ ducit ad mortem. Alij ꝙ plurimum audaces exiſtant. Alij quòd puſillanimes & timidi, ſed certe hi & illi extrema pro medijs capiunt, nec cogitant quia multa ex timiditate ſunt dimiſſa, quæ per audaciam ſunt commiſſa. Alij quòd mortem; alij quòd fulmina, &

tempeſtates timeant,ſed certe hi timere deſi- nerent,ſi verè ſperare incepiſſent,aut eos cri- minis conſcientia non accuſaret: quia vt ſa- piens ait, magna ſecuritas eſt nihil iniquè egiſſe. Alij de ſua prædeſtinatione & ſalute hæſitant, ſed parum hi laborant, vt ſua ſit certa electio. Alij pluſquam oportet de Dei bonitate ſperant,ſed hi futurã Dei iuſtitiã nõ ſatis credunt. Alij quòd ob grauia ab eis cõ- miſſa deſperare formident, ſed certe nemine grauiſsima peccata condemnant, ſi non pla- ceant, ſi non vis deſperare, deſine peccare. Adde, quia vtrinſque videlicet nimium ſpe- rantibus & deſperantibus, timor deficit & ſpes; quare vtriſque vtrumque eſt neceſſariũ, ſcilicet vt Deum timeant: & in eum ſperent. Timor enim ſine ſpe inducit deſperationem. Spes vero ſine timore indiſſolutionem ſecun dum Hugonem. Alij de timore inuaſionis ho ſtiũ viſibilium & inuiſibilium anguntur; ſed hi congrua remedia ſcienter aſpernantur. Alij ob bonorum corporis defectus, aut deformitates queruntur; ſed hi non ſatis con ſiderant fatuum eſſe qui ſeruum laſciuire peroptat aut ornare cupit. Alij ſenectutem grauiter ferunt, eiuſque calamitates dete- ſtantur; ſed hi parum fore putant cupidi- tates reliquiſſe, atque id non poſſe, quod nolle deberent. Alij de corporis debilita- te, & diuerſis morbis, præſertim de oculo- rum, auditus, odoratus, aut loquelæ ca- rentia ſiue defectu; ſed certe hi cuncta ad corpus referunt, ignorantes defectus ipſos plus profeciſſe animæ, quàm offeciſſe cor- pori. Alij ſuper vitæ breuitate, & tempeſti- ua morte inconſolabiliter torquentur; ſed his bonos actus quàm multos dies con- gregare conſultius eſſet, cum non multum ſed bene viuere ſit laudabile. Alij de ea- dem imminente de propinquo morte & de inſtanti agone ſpiritu anguntur; ſed hoc

ideo, quia non satis considerant rudem esse tyrannum, qui à pœna liberat, quem punire se putat.

Hæc paucula forte, & multa de huius vitæ diuersis artibus formulisq; viuendi, & earum ærumnis & afflictionibus à me disserta sunt. Quæ quidem longiora, aut breuiora dici posse scio. Verũ nec breuitati admodum studui, nec copiæ, sed prout ex communi omnium mortalium vita se obtulerunt, scriptis disserui, ne legentes vel inopia vel fastidio fatigarem: vt cernat vnusquisque mortalium, in quauis sorte aut arte constitutus sit, quod ad vtranq; partem valeat. Nec illos blanda resoluant, nec afflictiua conturbent. Atque vt dulcia pariter & amara despiciat, sed paratus sit semper ad omnia, promptus & ad singula.

Absoluam iam, fili mi, hunc primum ad te pollicitum librum, de cunctis vitæ huius temporalibus artibus & exercitijs, eorumque miserijs, & ærumnis. Verum ex his, quæ vltimò dixi, sensi plane tuum animum non parum titillare. Voluis enim in mente, quinimo, vt ita dixerim, inter dentes mussitas, ne dixerim, murmuras. Cum enim audiuimus satis ruentis seculi huius calamitates, aduersitates, & supplicia, tribulationesque multas, & malas, quas passim supra tetigimus bonis & reprobis, facinorosis & innocentibus communes esse; eaque, prohdolor, non tam legimus quàm experimur, quarum rerum causas quasdam in genere deduxisti, verum tantæ tam graui querelæ speciaiores, vrgentioresq; causæ congruerunt. Demum quid remedij, quid solaminis mortalibus in tantis ærumnis, & vitæ laboribus esse possit: nondum adduxisti. Vtinam enim tam prompta congruaq; ad eas omnes calamitates leuandas remedia attulisses, quàm certa huius vitæ mœsta supplicia deplorasti. Vsq; adeo

bonos virtutiq; præditos viros absq; culpa affligi, torqueri, quippe, ab immortali Deo relictos putemus, sicut & malos prosperari, in altúque prouehi indignè cõspiciamus. Quò fit diuinam prouidentiam incusemus, quod quosdam inculpatos varijs supplicijs, infortunijs, & pœnis cruciari, alios culpæ noxios fœlicitari permittat. Si enim calamitates huiusmodi veluti supra disseruisti non nisi ex culpa mortalibus proueniri cõtẽdas, indecẽs plurimum diuinæ iustitiæ videtur, vt innocẽs ab eodem fonte affligatur, quo reprobus & iniquus pœna releuatur. Nec aliud deplora-
Iere. 12. a bat Ieremias inquiens, iustus quidẽ tu es domine, si disputo tecum, veruntamen iusta loquar quare via impiorum prosperatur? Et subdit: prope es tu ori eorum & longe à renibus illorum. Prope inquam, teste, August. dã do eis quicquid volunt & petunt. Et longe à renibus eorum, in nullo videlicet eis displicendo, aut illorum animos conturbando. Sic & Habacuch propheta eam ipsam depromit querelam. Quare, inquit, Deus non respicis contẽptores? & cur taces deuorante impio iustiorem se? Quæ omnia tanto animos hominum in maiorem ducunt admirationem, quã to per eundem Ieremiam de diuina iustitia scriptum legimus; scio, domine Deus quoniã malum iniustumque non libenter respicis, nec potest quis de tua iustitia dubitare. Hic est, fili mi, effectus murmuris tui, & cunctorum fere mortalium. Et veluti vetus querela sit, & multorum animos exagitat, sic multis egeret verbis, breui tamen sermone faciam satis veritati, qui nullis verbis humanæ opinioni respondere possem. Mirari igitur, & conqueri tu cæterique mortales desinetis, si rem ipsam altius repetitis. In primis itaque illud animo fixum teneamus, neminem absque culpa aut causa affligi, aut torqueri oportere: cum scriptum sit: oculi do-

mini ſuper iuſtos. Et iterum. Vultus autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Super quo verbo Casſiodorus. Errat, inquit, malus dicens, ſecurè facio mala: ſed diſcat, quia vultus do mini ſuper facientes mala, quaſi dixerit: iuſtos & iniuſtos deus reſpicit, ſed diſpariter. Iuſtos enim reſpicit vt piè eos exaudiat: ſed malos, vt puniat, perdatque de terra memoriam eorum. Quam ſiquidem punitionem ſiue iacturam memoriæ vitæ, & quorumuis tẽporalium minime abſque culpa mortalibus contingere credendum eſt, niſi culpam non putes illis abuti, aut ea ad luxũ, ad auaritiã, ad ſuperbiam, ad pompam conuertere, quæ iuſtisſimus deus tanquam virtutum inſtrumenta, hominibus conceſſit. De quibus Gregorius pulchre dicere viſus eſt, quia ſumma & decora iuſtitia eſt, vt conceſſa perdat, qui inconceſſa captat. Rurſus vt eſt ſanctorum doctorum ſententia, mali non vtique impune tranſeunt, tum quia in fine punientur, tum quia ea temporalia bona, quibus iniqui in hac vita gaudent, Deus illis concedit ob paucula, quæ geſſerunt bona. Sed ſpiritualia bona, quæ reſpectu temporalium magna bona exiſtunt, iuſtis virtutique deditis reſeruat, tanquam æquisſimus iudex, cui maxime congruit, vt bonis det ſpiritualia tanquam potiora bona, de reliquis vero caducis & temporalibus bonis, ſeu pœnis & ſupplicijs, tantum viris bonis miniſtret, quantum ſufficere conſpicit ad virtutem. Quod per alia verba pulchrè Auguſtinus deducit in primo, & quinto de ciuitate dei: quia habentes politicas & humanas virtutes, iuſte rebus huius mundi præmiantur. Qui vero diuinis pollet virtutibus, præmiatur in rebus Dei. Et ſubdit Auguſtinus, reſpondens querentibus, quibus præmijs Romani falſorum deorum cultores orbis imperium meruerũt.

Ait enim: quia bonis moribus hæc temporalia meruerunt, quia veluti nullum malum impunitum, sic nullum bonum irremuneratum. Licet idem Augustinus aliam causam assignet in principio huius libri. Vt igitur ad conceptum sermonem redeamus, aspera plerumque & amara Deus iustis immittit, ne in illis timeatur aduersitas, sed & malis, fortunæ bona concedit, ne in istis quæratur fœlicitas, quæ ipsi reprobi obtinent. Cæterum in hac rerum vicissitudine agit Deus vt prudentissimus medicus, qui cuncta ordinat ad infirmi obedientis bonam voluntatem. Is enim sæpe secat, & vrit infirmum, nec illum exaudit deprecantem, vt auertat ab eo dolorem necantem. Adde, quia secundum Gregorium: occulta sunt Dei iudicia, sed occultiora sunt, cum boni mala recipiũt & mali bona. Sed si curiosè causam inuestigare libet, ideo malos bona recipere putandum est, quia cum boni hic delinquunt, iuste hic mala recipiunr, vt ab æterna damnatione eripiantur. Sed & mali bonis hic fruũtur, vt inde posterum ad tormenta trahantur. Et subdit Grego. exempla præclara, scilicet, de vitulis, & infirmis.

De vitulis inquam, nam veluti qui mactandi sunt vituli, liberi in pascuis relinquuntur. sic impius ad mortem currens, effrenatis voluptatibus relinquitur. E contra verò iustus à transitoriæ delectationis iucunditate restringitur, sicut & vitulus ad laboris vsum deputatus, subdoloroso iugo retinetur. Denique exemplo infirmorum id ipsum probatur. Negantur enim iustis in hac vita temporalia, quia ægris, quibus spes viuendi, est, nequaquam à medico cuncta quæ appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt, quia desperatis ægris omne quod desiderant non negatur, Et concludit, perpendant ergo iusti mala quæ ini-

quis permanent, & nequaquam eorum infœlicitati inuideant, quæ percurrit. Quæ verba omnem mortalibus admirationem, & quærendi causam submouent. Cæterum secundũ Augu. super canticis: quinque modis & totidem causis calamitates & flagella mortalibus contingere perspicuum est, vel vt iusti merita per patientiam augeantur, vt Iob. Vel ad custodiam virtutum, vt Apostolo Paulo. Vel ad corrigenda facinora, vt Marthæ lepra. Vel ad initium pœnæ, vt Herodi quatenus hic incipiat, quod in inferno sequitur. Vel ad gloriam magnificandam, vt de cæco nato. Ex quibus liquidò constat, neminem in hoc seculo sine culpa premi, vel absq; eius vtilitate affligi. Quæ omnia agunt, vt in his quæ diuina prouidentia mortalibus mittit prosperis aut aduersis, nõ murmur nobis sit, non querimonia, sed mens bene conscia, potius illis consoletur quàm turbetur.

Multis enim varijsque argumentis facilè agnoscemus, quia plurimum expedientia, vtilia quippe & necessaria nobis sunt laborum, calamitatum, & pœnalitatum omnium flagella, & quæque huius mundi supplicia.

Primò enim dilatant cor hominis ad magna Dei dona recipienda. Nam veluti martellus fabri dilatat metallum ad id quod artifex desiderat; sic Deus auri faber humanæ creaturæ, per malleum persecutionum & tribulationum cor iustorum dilatat, vt fructũ ex eis percipiat, & ducat ad veriora bona, de quo dictum est.

Secundò, veluti aqua vinum temperat, sic aduersa & quæcunq; huius vitæ pœnalia, vinum temporalis lætitiæ moderatur, ne homini noceant. Quod pulchrè Aristo. non tacuit in ethicis. Ait enim: quia virtuti deditus moderatè se habet erga hæc bona fortunæ, aut adipiscenda, vel amittenda: nec gaudiosus erit bene prosperatus, nec infortunatus

tristis: quod si aqua tribulationum non temperat vinum prosperitatis, extinguit potius quàm iuuat. In cuius figuram scriptum est in Exodo. Operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit.

Tertio, veluti medicina necessaria est mortalibus, sic aduersitas & afflictio. Vnde August. Intelligat homo medicum esse Deum, & aduersitates medicamentum esse ad salutẽ, non pœnam ad dãnationem. Et subdit: sub medico vreris, secaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem. Quare fideles conqueri desinant de asperitate infortunij persecutionis aut pœnalitatis; quia ea omnia signa sunt potissima diuinæ electionis, vt per aduersa asperum sit iter nostrum, ne vt ait Augusti. magis delectat diu pergere, quàm citius peruenire. De quibus

Sapiẽ. 3 a scriptum est. In paucis vexari in multis bene disponentur. Quarta vtilis est fidelibus, Quippe & necessaria aduersitas, tribulatio, & persecutio in hac vita, quia ad meliora cõpellit. Vnde Greg. mala quæ premunt, ad Deum ire compellunt: quod non ignorans rex & propheta dicebat, multiplicatæ sunt infirmitates eorum, & postea accelerauerunt. Vnde August. Nullus seruus Christi sine aduersitate tutus viuit. Et subdit. Si putas sine persecutione viuere, nondum cœpisti christianus esse.

Itaque tam vtilia ex huius seculi persecutionibus & calamitatibus colligentes, gaudeamus affligi, qui speramus frui. Et vt inquit Bernardus. Non timeas non esse derelictus, quinimò semper memores simus verbi Christi ad nos dicentis, cum ipso sum in tribulatione. Et iterum. Iuxta est dominus eos qui tribulati sunt corde.

Actum est, fili mi, de cunctis viuendi artibus quibus mortali vita seculariter viuitur, tam nobilibus quam ignobilibus, magnificis

& plebeis, publicis & priuatis, maximis & infimis. Audisti denique eorundem vitæ, generum dulcia pariter & amara. Sed & actum est de omnibus ferè malis, incommodis, pęnis, & calamitatibus, supplicijs & afflictionibus corporalibus, ac mentalibus omnium fere magis nominatarum personarum, incipiendo à nascentis mundi origine. Rursus actum est de causis & rationibus, cur nocentes pariter & innocentes boni simul & mali, tot afflictionum & pęnalitatum genera patiuntur. Sed & audisti consolationes, & congruentia remedia ad omnes eas releuandas mœstitias, quibus mortales in hoc seculo afficiuntur. Quæ omnia, fili mi, opto solerter consideres. Ex quibus tu cæteriq; mortales liquidò agnoscetis, quid boni aut sinistri omnis vita temporalis obtinet.

Verùm quia opposita iuxta se posita, teste philosopho, clarius conspiciuntur, superest iuxta politicum ordinem, & cum in hoc primo libro, de secularibus officijs & humanæ vitæ artibus me audisti loquentem, te auscultem in sequenti libro de spirituali statu disserentem. Ad te enim expectat de spirituali vita agere, quæ in duos diuiditur status, videlicet, in statum ecclesiasticum episcoporum, & clericorum: deinde in statum religiosorũ. Age igitur, si placet, de his duobus vitæ humanæ generibus, & de excellentia, & comparatione vtriusque, de dulcibus & amaris vniuscuiusque, vt tandem legentes apertis oculis veluti in lucidissimo speculo cõspiciãt, quid lateat sub omni vitæ humanæ genere. Quo fiet, vt securius vnusquisq; eliget quæ frequẽtius legit, ac maturius digessit, ad laudem dei omnipotẽtis, qui est benedictus in secula.

Finit liber primus, de omni statu & vita temporali.

INCIPIT LIBER SECVNDVS,

De ſtatu & vita ſpirituali, eccleſiaſtica & regulari.




IRABITVR forſan ſanctitas tua, beatisſime pater ac clemētisſime domine, quòd in hoc opuſculo recti ordinis rationem peruerterim. Et cū iuxta Gregorium, ſtatus ſpiritualis, tanto temporali ſit dignior atque excellentior, quanto ſolis ſplendidisſimus fulgor tenebroſis denſitatibus, & aurū p lumbi metallo præſtat, prius de temporali ſtatu egerim, quàm de ſpirituali. Sed certe naturæ ordo ad id compulit. Primò enim tēporales naſcimur, ſed & prius in temporali ſtatu verſamur, priuſque illum experimur. Deinde temporalis ſtatus imperfectione conſpecta, tranſimus ad ſpiritualem ſtatum. Adde, quòd non ſatis excellentiam, perfectionem, & internam mentis tranquillitatem ſtatus ſpiritualis agnoſceremus, niſi prius temporalem vitam, atque eius incommoda experti eſſemus.

Poſtquam igitur in ſuperiori libro de cunctis temporalibus & terrenis, ſiue ſecularibus ſtatibus, & viuendi modis, artibus, ac diuerſis hominum exercitijs actum eſt, in quo pro vtraque ſui parte tam ad commēdationem, quàm ad reprobationem, ſatis diſputatū eſt. Et quid boni, quid ſiniſtri, quid vtilitatis, quid incommoditatis, quid quietis, quid laboris, quid ſecuritatis, quid periculi, quid honeſti, quid inhoneſti, quid virtutis, quid vitij, omnis temporalis ſtatus & ſecularis viuendi modus habeat, plene diſcuſſum eſt.

In hoc igitur secundo libro dimissa matris introductione, & consanguineorum altercatione, quibus de re incognita differere non licet. Decreui ego spiritualem ordinem professus, de eodem spiritualis vitæ statu breui aliqua differere. Faciam ego satis non tantæ rei debito, nec tuæ. S. desiderio, sed conatu meo, atque vtinam tam dignè, vtiliter & diserte, de eo eminentissimo statu à me agatur, quàm illius maiestas atq; immensitas exigit. Subalternatur itaque vitæ spirituali duplex status, quia ipsa vita spiritualis, in duos distinguitur status. Alter est episcoporũ & sacerdotũ, ac ecclesiastici ordinis ministrorũ. Alter est monachorum, siue religiosorũ. De his ergo duobus statibus & viuendi modis, hoc libro agendum est. Et quia ad dicendũ cãpus latus est, & materiæ ipsæ non tã diffusæ & profusæ, quàm à multis tractatoribus confusæ reperiũtur, quinimò propter varias scribentium opiniones, vix legentes proficere possunt, multa denique in his materijs, in tacta aut non satis deserta inueniantur, decreui sub quodam breui compendio in hoc secundo libro flosculos quosdam circa hos duos status inserere, vbi vtriusque status, & vitæ normã naturã, seu efficaciã, necnon excellentiam, laudes, commendationem, & demum eorum labores, difficultates, aculeos & pericula adducam. Demum vero inter se, & alterius ad alterum differentias, & comparationes breuiter perstringam. Incipiẽs à statu ecclesiastico, & primo à summo Pontifice, qui culmen & vertex est totius spiritualis status. Deinde à sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus. Rursus descendam ad statum Archiepiscoporum, Episcoporum, cæterorumque Prælatorum, Curatorum, & clericorum, sub ecclesiastico ordine degentium. In quo libro materias in tabula in principio primi libri descriptas discutiam. Diligens

Igitur lector ex motiuis,auctoritatibus, & rationibus,quæ inferentur,non statim vincatur ad commendationem,vel improbationem alterius status,sed motiua,rationes,& auctoritates,quæ pro alio statu & viuendi genere adducuntur,accuratè consideret: videbitque, q ij duo perfectissimi, & excellentissimi status, omnium aliorum statuũ,& vitæ humanæ generum superant dignitatem.Quoniam & si intra gremium fidei catholicę existẽtes, in quo cunque degant honesto statu, si piè vixerint, saluari possint,hi tamen duo spirituales viuendi modi,singularius suos sectatores Deo proximiores reddunt. Et si vterq; status sanctus, & Deo acceptus est, alius tamen alio perfectione & dignitate præstat,sed & alter alteris placet & cõuenit secundum naturã,qualitatẽ, ac vires personarum. Inter se tamen circa eorum perfectionem,habent se sicut excedẽs & excessa, vt latius per discursum eorum, quæ tradentur in hoc libro,videbitur. Ea ergo de quibus in hoc secundo libro agendus est sermo,infra scripta capitula distinguuntur.

CAP. I. DE SVBLIMITATE, ET excellentia dignitatis summi pontificatus, & de incomprehensibili eius auctoritate, & potestate,& de illius necessitate, & vtilitate, & de altissimis eius mysterijs.



VMMI pontificatus excellentiam, dignitatem, & autoritatẽ huiusq; sacratissimi status laudes,præconia attollere, illiusq; necessitatem,& vtilitatem,ostendere, hodie munus suscepi: grande quidem negocium,sed paruum ingenium. Cuius tanta est sublimitas & eminentia, tanta immensitas,vt nullus mortalium,nedum comprehẽdere aut satis exprimere,sed nec cogitare posset. Obtundit enim omnem humanum intel-

lectum illius sacratissimi,& omnium eminentissimi status maiestas & excellentia,quia scriptum est, scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Si enim,teste Ambr. nihil in hoc seculo excellentius,atque excelsius inueniri potest statu & dignitate simplicium sacerdotũ, & particularium præsulum, qui per diuersa orbis loca in partem sollicitudinis assumuntur,quid cogitandum est de eo summo pontifice,qui vices veri Dei gerit in terris, qui ad plenitudinem status,qui ad apostolicũ thronum, qui ad culmen omnium dignitatum assumitur? Ex qua certè ut riuuli à fonte, rami ab arbore procedunt: qui non ad humanum tantum principatum, sed ad diuinum, non ad principandum solum mortalibus, sed & immortalibus, nec modò hominibus, sed Angelis, non ad iudicandum viuos, sed mortuos, non in terra solum, sed in cœlo, non ad præsidendum solis fidèlibus, sed infidelibus, & vt paucis agam, qui ad eam ipsam dignitatem,ad eandem iurisdictionem & coactionem,ac vniuersalem, toto orbe supremum principatum à summo Deo, & eius loco super cunctos mortales institutus,& euectus est. De quo per Iob scriptum est, quòd coram eo curuantur qui portant orbem, & reges seculi atque tyranni ridiculi sunt, qui solus omnem potestatem ambit. Et sicut scriptura commemorat,vnus est,& secundum nõ habet. Et iterum de eo scribitur, tu solus & nullus tecum. Et rursus potens super omnes potentes. Cuius teste propheta, suæ sunt iustitia potestas & imperium. Quem iterum Dauid signat inquiens,dedit ei potestatem & regnum,& omnes populi & linguæ seruient ei. Qui,vt canon ait,terreni simul & cœlestis impij iura suscepit. Cuius summæ dignitatis fastigium atque maiestas,non modò apud antiquos veteris legis effulsit,ac dignius apud catholicos diuina institutione refulget atque

Iob.9.b

Esa.45.d

præminet,sed & apud gentiles summum omnium bonorum,& principatuum culmen tenebat. Nam, vt ait Varro,ex ordinatissimo atq; eminentissimo gradu pontificum,& sacerdotum gentilium,resultat quidam excellentissimus & sublimissimus status in vno summo pontifice.Hinc Isidorus distinctio inquit,graduum & ordinum inter pontifices & sacerdotes,à gentilibus maximè inuenta est, quando suos sacerdotes alios simpliciter flamines, alios protoflamines appellabāt, & alium qui cunctis flaminibus præsideret in summo gradu locabant. Quem vt idem Varro voluit,Iouis assumpta veste insigni curuli & regia ad ornatum diuinitatis, plurimum in eo putantes permaxime colebant. Cicero quoque sublimitatem ac excellentiam summi pontificatus gentiliū ex illius ministerijs ostendit,dum in cultu & religione suscipienda primus omnium erat,atq; vnus ad interpretandum,quæ voluntas esset deorum immortalium , vt statim in sequenti cap. tangemus. Huius deniq; summi pontificatus sublimitas,& vtilitas,atque necessitas non facilè explicari valeret. Sed vt cętera taceam , nō satis plenè rectèque vniuersitati orbis à Christo prouisum foret, nec ecclesiæ, quàm Christus sanguine redemit, morem gessisset, nisi talem tanquam eminentem in terris vicarium reliquisset,qui in ea potestate & authoritatis integritate toti orbi præsideret, qua ipse Christus in terris manens, quippe qui per prophetam dixerat, quid potui facere vineæ meæ,& non feci?

Accedit,quoniam solus ipse dirigit omnē humanam creaturam in finem perfectissimū. Quamobrem sibi vni Christus claues contulit regni cœlorum,ac potestatem ligandi atque soluendi in cœlo & in terra. Rursus summi pontificatus sublimitas , & excellentia , atque vtilitas,& necessitas in eo conspicitur, quoniam teste philosopho : non posset hic

mundus regi, nisi vnus esset summus principatus, ad quem vnum perueniendum est, ex quo singula diriguntur & gubernantur, cuius motu & dispositione omnes hierarchici actus ordinantur. Et tandem huius orbis dispositio dirigatur ad instar cœlestis monarchiæ. Nam, teste Dionysio, necessarius est summus Hierarcha, qui quos regit, illuminet. Periret enim omnis ordo rerũ, nisi vnus summ9 Pōtifex foret, qui eum ipsum ordinem, vt ita dixerim, ordinet, dirigat & exequatur. Teste enim philosopho: vbi est ordo & graduũ ascẽsio, ibi necesse est constitui vnius excellentiã. Periret rursus & mortalium omnium hominum commercium, nisi foret vnus pontifex vice Dei in terra monarcha, in quo oẽs vt in glutino quodam partium ad corpus mysticũ copulentur, & in quo singuli, vt membra sub vno capite, gubernētur. Periret fidei vnitas, & ecclesię vnanimitas, & concordia simul & pax, qua nihil dulcius excogitari aut inueniri potest, nisi foret vnus supremus pōtifex, qui cunctos mortales ad vnius fidei & vnitatis vinculum reduceret, dicente Hieronymo, ob eam rem in remedium schismatis, actum esse, vt vnus omnibus præsit. Periret denique illa cunctis mortalibus necessaria ad Deum meditatio. Teste enim scriptura, romanus Pontifex longe perfectior, longe dignior, & efficacior, inter Deum & populum mediator existit, antiquo illo balbutiente, scilicet iusto Moyse, ac fratre eius Aaron, qui non solum in uno populo, in vna gente, sed & super terrenis meditationis officio fungebantur. Summus vero noster pontifex, teste apostolo, ex hominibus assumptus, tamen pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deũ, vt offerat sacrificia & dona pro peccatis. Hic igitur dignus salubrisque mediator populi existit ad Deum. Hic sacrificia, hic holocausta, non hircorũ aut vitulorũ, sed veri sacra-

tissimique corporis Christi Deo patri offert, eosq; in eodem mysterio instituit, qui itidem faciant in orbe vniuerso pro delictis populorum. Hic igitur peccata diluit, hic animabus fidelium pœnas condonat, supplicia relaxat. Hic veniam lapsis impartitur, hic errãtes corrigit, delinquentes cum expedit, reducit, hic incorrigibiles punit, & tandem peccatores summo Deo conciliat, illumque iratum pla-
Ec. 44. b cat. De quo sapiens ait: ecce sacerdos magnus, qui in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Periret rursum iustitiæ virtus, quia, eodem philosopho teste, nisi vnus in orbe foret, qui eam cunctis ministraret, & negligẽtium vicem suppleret, quicquid iustum est periclitaretur. Vnde Augusti. sine iustitia non potest regi hæc resp. humana. Neque.n. vera aut recta potest esse respub. nisi vnus omnibus præsit, qui gubernet & regat, qui summus pontifex est immortalis Dei Vicarius.

Periret tandem illa potissima iustitiæ pars, quam Arist. epykeiam vocat, communi bono vniuersi orbis pernecessariam: per quam summus monarcha dirigit iustum legale, & plerunque scriptam rigidamq; iustitiam moderatur, dispensat, detrahit, prout rerum contigentium suppetit diuersitas: & boni communis necessitudo expostulat. Periret demũ alia iustitiæ non infima pars, quam distributiuã vocant, quæ vnius proprie est summi principatus, qua vnicuique secundum eius dignitatem, & merita, certa proportione præmia elargitur, dignitates, principatus, regna, & imperia pro meritis donat atq; instituit, pro demeritis vero transfert de gente in gentem. Quare, etsi cætera taceam, huius sacratissimi, & eminentissimi status summitas, maiestas, atque fœlicitas, simul & necessitas, ac vtilitas, in eo facilè comprehenditur. Nam si, vt aiunt, nulla maior est fœlicitas quàm multos fecisse fœlices, hunc statum beatissimum tan-

to fœliciorem dixerim, quanto plures ſuper omnes mortales facilius,& vt ita dixerim fœlicius,fœliciores agere poteſt.

Patet igitur huius ſacratisſimi ſtatus excellentia,dignitas, & vtilitas, atque necesſitas. Patent eius laudes, & præconia,nō modò ex autoritate inſtituentis,ex dignisſima inſtitutione,ex cauſis dignisſimis, ſed ex fine optatisſimo,ex beatis myſterijs, ex propinquitate ad Deum,ex fructu deſideratisſimo, ex cunctorum mortalium vtilitate, & fœlicitate redundantisſima.

CAP. II. DE SPIRITVALIBVS incommodis, amaritudinibus, miniſterijs, aculeis, nec non mentis afflictionibus,periculis, & laboribus ſummi pontificatus: vbi plurimæ ſummorum pontificum calamitates, & ſpiritus perturbationes narrantur.

STVPORE non paruo audita eſt illa omnium dignitatum ſuprema dignitas,& cūctarum poteſtatum eminentisſimus principatus,ſummi,videlicet, pontificatus:viſaque eſt tanti numinis celſitudo, & ſcultata tantæ lucis ſplēdidisſima claritas, ius radiorum iubare totus orbis illuſtrar atq; vegetatur, Sed & ante noſtræ mentis ulos contemplata eſt tanti culminis prærotiua,dignitas,atq; excellentia,& tanti trinalis ſuprema autoritas.cognita eſt illius ratisſimi atque diuinisſimi ſtatus ſumma litas atque necesſitas. Demum audita ſunt eui eius ſtatus laudum præconia, diſcuſſæ it eiuſdem culminis vtilia & commoda, icia & proſpera. Verum quia alternæ ſunt um omnium vices,nec aliquid ita proſpen eſt, quod grauisſimis aculeis non tanga; idcirco iuxta pollicitum & conſuetum linem,eiuſdem altisſimi ſtatus adducenda

ſunt incommoda, amaritudines, labores, & pe
ricula atq; prementia: vt cernat quiſquis, qui
in ea ſedet, quid in ſe experiatur. Cernant rur
ſus & cæteri mortales, qui in illo ſtatus culmi
ne ſummam omnium fœlicitatem collocant,
Pro. 14. b verisſimum eſſe quod ſapiens ait: quia extre-
ma gaudij luctus occupat, & riſus dolori mi-
ſcebitur. Et propterea verum eſſe illud eiuſ-
dem ſapientis, gaudium & fœlicitatem dixi
errorem Et fœlicitati improperabat dicens,
cur fruſtra deciperis?

In ea igitur differenda re, bipartita erit oratio. In prima quidem, huius ſummi ponti ficis ſtatus incommoda, & infœlicitates, ama ritudines, & pericula, labores, & miſerias ſpi rituales, videlicet, & mentales, breui (ſed ama ro) calamo deſcribemus. Secundo in loco tē porales ſiue corporales miſerias eius ſtatus, labores, & incommoda, ac interna latentia & aperta pericula differemus. In primis enim illud antiquum (ſed verisſimum) ſapientium verbum noſtris mentibus repetendum arbitror, quia quicquid in orbe præeminet atque præcellit, multis internis doloribus ſuos afficit, ac premit poſſeſſores: ſed & infinitis pene mentis aculeis, ac amaritudinibus excruciat, quos demulcet. Cæterum diſcernenda eſt (vt puto) dignitas à perſona, accidens à ſubiecto, qualitas ab obiecto. dignitas certe eius eſt excellentiæ eius culminis, vti audiuimus quippe de quo ſanctorum patrum habent traditiones, quia nemo ſanæ mentis dubitat ſanctum eſſe, quem apex tantæ digni tatis attollit, in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à Petro loci vide licet præceſſore teſtantur. Adde, quia eaipſa dignitas teſte Symmaco Papa, aut claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illuſtrat. Perſona vero, cui tanta dignitas hæret, vtinam ſic ſanctitatem vitæ ex ea dignita te contingeret, ſicut ex loci prærogatiua no-

men ſanctimoniæ recipit. Sed, prohdolor, altitudo dignitatis, virtutis, perſonæ innocentiam non inducit. Quod ſi illud eiuſdem Symmachi quis obiecerit, quia Petrus apoſtolus perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmittit ad poſteros. Id (niſi fallor) de eis ſummis pontificibus planè intelligit, quos per ſanctimoniæ ſplendor illuminat. Tranſmiſit igitur Petrus ſanctitatem ſtatus, nõ vitæ: tranſmiſit ſanctimoniam cathedræ, non perſonæ: vt hæredes eſſent futuri pontifices ſuæ bonitatis, atque cauſam occaſionemque bene recteque viuendi ſanctè præſidendi reciperent, & ſanctitas loci, meritaq; præceſſoris alium hominem facerent, quam natura genuiſſet. Plerũq; enim, teſte Iſidoro, dum mutatur ſtatus, mutatur mentis affectus. Accedit, quia ſicut excellentiam & dignitatem, ita dignitatis ſequelas videlicet, ærũnas & labores Petrus tranſmiſit ad poſteros. Quas dum inperturbata mente conſidero, neſcio Romanos pontifices tanta miſeriarum, laborum, dolorumque immenſitate reſperſos fœlices, num potius infœlices aut miſeros dixerim. Irſeparabilis enim & affixus atque annexus eſt huic culmini cunctarum mentis afflictionum & perturbationum acervus grauiſſimus. Idque ipſe Hieronymus non negauit inquiens, quia non eſt facilè in loco Petri & Pauli tenere cathedram. Et Auguſtinus. Sicut nihil in hoc ſeculo excellentius, ita nihil in hac vita laborioſius, nilque difficilius ac periculoſius pontificatus officio, ſi eo modo non militetur, quo imperator Chriſtus iubet. Quod an verum ſit, vnuſquiſque in ea ſede locatus non modò experitur, ſed patitur: qui plus miſeriarum, mentiſque amaritudinum in ſe conſpicit, quàm legat in codicibus. Quod ſi tam graues huius dignitatis aculeos non ſentit, omnium eum miſerrimum dixerim. Nam, vt

aiunt,propriam non nosse miseriam, summa miseria est.

Quis.n.oro lætus,quis fœlix in tantis miserijs esse potest,quis securus inter mille pericula non semel sed iugiter iactatus?Quis rursus fęlix appellari audebit, in quem vnum omnium mortalium, etiam vilissimorum hominum ora,linguæ mordaces, cumulatissimè & impune armantur,quę vtrumque suum hominem vehementissime conturbant.

Quis oro Gregorium magnum vnum inter summos pontifices post Petrum clarioré, sanctiorem,aut,fęliciorem negabit?Iis tamē grauissimis mentis tempestatibus, & diuersis aduersitatibus, siue infęlicitatibus vrgebatur. Nam curarum sarcina, demum æmulorũ detractionibus perturbatus, in seque pene distractus, vt canones eius habent, in seipsum indignatus dicebat. Infęlix ego in ecclesia illa quid facio,vbi me episcopi despiciunt & detrahunt?omnipotenti Deo gratias ago.

Quid igitur est quod fęlicior post Petrum pontifex se infęlicem appellat? Aut quis in pontificatu fœlix erit,qui Gregorium nō habet in fęlicitate consortem?Aut cum quo rursus aliquis fęlix sit, qui cum Gregorio noscitur esse infœlix. Equidem tanta miseriarum, & perturbationum mole hic beatus summus pontifex refertus fuit,tot mentis perturbationibus,& cruciatibus constrictus, vt(quemadmodum de seipso in registro ait) tædio rerũ victus nullum maius supplicium,quàm illam summā fęlicitatem putabat. Dicebat rursus: spinosam fore cathedram Romani pontificis, fastigiumq; illud summum acutissimis vsquequaque confertum aculeis:adeò,vt corona & purpuratum frigium nō tam aurea quā ignea censeatur. Idq; & Adrianus Papa non negabat. Referebat enim sæpe(teste Policrato) quia non iucundis,lætisq; gradibus ascendisset, sed in incude & malleo dilatasset eum

Dominus, quem precabatur, vt dexteram apponeret, quo insupportabile onus, tanquam infœlicem, vt ita dixerim, fœlicitatem ferre posset.

Rursus (iuxta quendam sapientem) quia duplex se offert mortalibus via, qua gradiendum est, altera ad laborem, ad miseriam ducit: eligat igitur quam sibi vult summus pontifex, aut enim sese miserum, aut ex libero seruum agnoscat necesse est: quo fit, vt apud semetipsum, quietem, animique tranquillitatem optans, & requiem non inueniens, descendisse, non ascendisse recte arbitrabitur. Nam curis multiplicibus implicitus, ascensiones suas, afflictiones potius, & spiritus molestias extimabit: quia teste Grego. quantò quis altior erigitur, tantò curis grauioribus oneratur, eisque populis mente, & cogitatione supponitur, quibus præponitur dignitate. Quo fit vt quantocunque ingenio polleat, in tanto curarum tumultu, & aduersantium sibi rerum assiduo conflictu, quo se ferat, ignoret. Quippe ad spiritualia reddatur imbecillior, qui sibi in terrenis videtur diligentior: quia, vt aiunt, facilè cœlestia amittuntur, cum terrena diliguntur.

Rursus, qui in eo fastigio sedet, dum securitatem vitæ æternæ captat, ad interitum, ad periculum currit. Quid ergo fœlicitatis habet, cui nihil est securitatis? Quis enim securum summum pontificem arbitrabitur, qui de portu sciens fugit ad naufragium? Si enim in parua aqua cum tempestate periculosè nauigatur, quanto periculosior erit nauigatio in mari magno & spacioso? vbi reptilia, quorum non est numerus, quorum quędam blandiendo (sirenarum more) miseros decipiunt, quos dum eleuant, deijciunt in profundum maris. Quædam reptilium genera vt glutiãt, appropinquant, quæ sua sunt quærunt, non quæ salutis nauigantium. Quædam denique minus

lædunt, dum aperte insidiantur. Quædam (more belluarum) sub amicitiæ colore naui appropinquant, vt illam dorso subuertant, quã rectis mẽbris inuadere non valuissent. Et (vt paucis agam) quid esse potest in tanta tempestate securum? Nam, teste Gregorio, quid est aliud potestas culminis, nisi tempestas mẽtis? Distrahit certe tantæ dignitatis cura, tanta rerum sollicitudo, quę menti pontificis (etiam si ferrea marmoreaque sit) confusionẽ ingerit, & suiipsius ignorationẽ. Nam, iuxta Gregorium, sæpe suscepta cura regiminis per diuersa & aduersa in seipsa colliditur, & imperfectus quisq; inuenitur ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa.

Demum in his quę diximus, si illud infœlicitatis, & periculi genus addideris, nihil est cur summi pontificis fœlicitatem infœliciorem & miseriorem cunctis mortalium miserijs non contendas. Obstat etiam suæ supremę excellentię, suæ momentaneæ fœlicitati interioris sui hominis ignis inextinguibilis conscientiæ remorsus, assiduus vermis, qui non consumit nec cõsumitur, sed cruciat; quæ omnia tanto premunt grauius, quanto quæ suo congruunt aut non egisse, aut neglexisse damnabiliter non ignorat. Denique si illum periculo proximum dicimus, qui paucarum animarum curam suscepit, quo pacto lætus, quo securus erit, qui omnium curas in se vnum transtulit? fortes certe illos humeros dixerim, nisi leuem putant sarcinam. Quos pulchrè Bernar. tangit inquiens, grauiori & periculosiori debito tenentur astricti, qui multis animabus rationem sunt reddituri: quia (iuxta prophetam) de manu pastoris peccata populi requiruntur. Idipsum periculum summi pontificatus magnus Gregori. plangebat, atque in ipsa sua assumptione grauissimè deplorabat, vt ex eius registro colligitur. Ait enim: Cor meũ dereliquit me. nolite vocare

me Noemi, filios enim perdidi, id est operà per terrenas curas. Prius erã sup altitudines terræ, sed post curarum fluctibus & tẽpestatibus sũ depressus. Et subijcit. Quis ad hoc suffi cit onus? Simia vocari Leo potest, sed numquam fieri quasi dixerit. Vocari in ecclesia possum summus pontifex, sed opere fieri nõ valeo talis, nisi quæ tali dignitati cõgruunt dignè peragam.

Hæc paucula inter nimia de summi pontificis spiritualibus miserijs, laboribus, curis, & mentis amaritudinibus à me breui disserta sunt. Adde, quæ infra tangentur, cum de episcoporum & aliorum ecclesiæ ministrorum aculeis, laboribus, & periculis sermo erit.

CAP. TERTIVM DE PLVRIMIS temporalibus, & corporalibus incommodis, amaritudinibus, & miserijs, & calamitatibus Romanorum pontificum: & de illorum promptis, & ei coniunctis laboribus, & periculis, anxietatibus & inseparabilibus ærumnis.

QVI aures audiendi habet non sine magno mœrore audiuit eas spirituales miserias, & mentis afflictiones, pauculas quidem ex multis, sed veras atque pergraues, easque spiritus amaritudines, incommoditates ac labores, sed & pericula, quæ summum Pontificem comitantur. Superest, iuxta pollicitum ordinem, vt cætera incommoda, aduersa, & pericula temporalia, quæ eosdem summos Pontifices, dum in hoc laborioso vitæ præsentis certamine militant, temporaliter siue corporaliter premunt, breuissimè audiamus. In qua re magna nobis se offert ad dicendum copia, si esset qui tam grã di negocio parem dicendi vim accommodaret. Demum igitur atque pro constanti fateamur, quod quenquam difficile ...

tingit,& fingamus alicuius summi pontificis tantam aliquando fuisse, aut esse posse gloriam, tantam virtutem, moderationem, atque industriam, vt ei cuncta succedant prospera, demum honoratus plurimum sit, & in omni orbis plaga laudatus. & adoratus, cui omne genu (vt debitum est) flectatur, obstant, tamē his exterioribus fœlicitatibus plurima, quæ potius cruciant, quàm satiant, nec tantum delectent, quàm premant. primo quidem obstant domesticæ curæ, obstat rursus iniquissima auiditas, & (vt ita dixerim) rabidissima rabies propinquos exaltandi, atq; carne & sanguine reuelantibus, familiam, genus, stirpem perpetuandi. Volunt enim nonnulli summi pontifices, vt à se iam non vna, sed plurimæ insignes familiæ & nominatissimæ domus incipiant, illustres principatus nascātur, quorum desiderio non deerunt priscorū exempla pontificum, & longe minus q̄ huiusmodi proposito faueant. Nam docti pariter & indocti idipsum suadebūt, alij fabulas, alij scripturas allegabunt: autoritates retorquebunt prurientes pontificis auribus, ecce inquient, nemo carnem suam odio habuit. Christus quoque (cuius actiones summus pontifex illius vicarius imitari debet) cum dilexisset suos, vsque in finem dilexit eos, qui sibi coniunctos exaltauit, sed ad crucem dixerim. Multi multa dicent, vt placeāt, quia idipsum placere pontifici non ignorant. Plurima sua debunt, vt decipiant: fateor tamen, facile est decipere volentem. Sed plerunque decipiuntur in adinuentionibus suis, & inde punire eos diuina prouidentia ordinat, vnde peccatum insurgit. Nonnunquam enim ingrati sunt nepotes & contribules, ingrati propinqui, vt à rege libyæ sumere exemplum libet, cui nepos aduersus fuit, & propinqui vitæ insidiatores, ac fratrum interfectores. Demum si grati erunt hæredes quidem pecuniæ

erunt


erunt, sed dehæredes virtutis. Adde, quia si virtuti dediti studiosi fuerint, atque meritò diligendi, hi pro eorũ virtute plerunq; æmulos habent, tota contra eos armatur indigno rum turba. Id tamen raro conspicimus, quinimò sæpius qualificatum sanguine præferunt qualificato sapientia & virtute, putantes ex charitatis ordine excusatos, quàm à se & suis incipere aiunt. quò fit, vt dum summus pontifex eum ipsum charitatis ordinem seruare se simulat, in eum committat. Cum itaq; ordinata charitas id primum exigat, vt coniunctos sanguine sapientia & virtute præditos diligamus, eosque spiritualibus honoribus cæteris præferamus, quibus non similibus, non beneficia, non promotiones, sed patrimonium si egent, relinquamus, naturæque, non carni subueniamus. Econtra, plerunque fit. Exaltant enim indignos, prætereunt dignos. Sed non diu transit multa tam improba personarum acceptio: aut enim, taliter exaltati, ditatique illa omnia breui consumunt tempore, quæ alibi longo cruciatu pontifices luituri sunt: aut repentina morte eripiuntur, eosque in momento perdunt, quos longo studio, maximisq; impendijs, & animæ periculis in altum prouexerunt; & quos exaltarunt in vita, seruare à morte non valent. Quippe quos heri & nudiustertius ad magna læti duxerunt fastigia, hodie mœsti ad parua ducunt sepulchra. Et, vt paucis agamus, conspiciunt assiduas fratrum, nepotum & carorũ præmaturas mortes, ne dixerim cædes. Taceo quòd summis Pontificibus hæres incertus est, successor ingratus, atque non placidus, ne dixerim æmulus.

Quod si ais, quid ne id Pontifici officit, qui dum viuit, super cunctos mortales gloriam & imperium obtinet, & omnes viuentes iudicans à nemine iudicatur? quippe qui in eũ solum obloquuntur, sacrilegi reputantur.

Quibus facilè respondemus. Primò enim sublimitatem & potentatum non negamus. Sed illud attendere libet, quia quò sublimius quis sedet, eò grauius descendet. Vix enim ex alto sine periculo aut labore descenditur. Sed, vt quidem sapiēs sapienter ait, hoc inter prudentes & ignauos interest, quia illorum descensus est, istorum vero præcipitium, atque ruina. Nam (teste Augu.) quantò gradus altior, tantò casus grauior. Et rursus, quò plus cæteris quisque potest, eò magis scit sibi esse metuēdum. Quod rursus dum romanum Pontificem super mortales, gloriam honoris & laudis nomē obtinere videmus, neminéque in eo nec verbo prorumpere, in quem sinistri aliquid cogitare nefas punibile iudicatur, fatendum est, quia non deerunt qui laudent, & in cælum vsque eius nomen & gestorum suorum facta extollant, colant, venerentur, & adorent. Et, vt quidam ex modernis dicebat, nec deerunt qui obsideant, & circunstent summo Pontifici, qui demū absistant, ne dixerim resistant. Sed nec deerunt qui serico terram sternant, cœlos apponant mobiles, vt sub vmbra gloriosus pertranseat. Sed versa vice non deerunt qui inter ea omnia obsequiorū genera, in eum vnum oculos figant, de eo iudicent, obloquantur, actus arguant, quos coram extollunt, verba distorqueant, quę pauloante in pręsentiarum plena sapientia, ac sensum consumatum dixerunt. Nec deerunt, qui famam in theatro lacerent, quàm in palatio laudant, vitam seorsum carpant, quàm coram illo cōmendant. Et quicquid mali, quicquid aduersi accidat, sibi vni vulgus attribuet. Si pacem, si concordiam, summi Pontificis opera populi suscipiunt, non deerunt qui id negēt aliàs enim, vt inquiunt, futurum erat. Si quid vero belli, si quid discordiarum, etiam sine Pontificis culpa acciderit, ipse vnus & causa, & fomentum erit.

Rursus, si vis eisdem Romanis Pontificibus cuncta eis votiua, & prospera succedant, aliqua tamen, imò plurima eisipsis omnia habentibus deerunt. Deest primo naturalis, videlicet, libertas, quia se ex libero seruum constituit: quia meritò liber esse nequit, qui seruus esse maluit. Quo enim pacto dum cathenis quis vinctus est, liber esse potest? aut quomodo piscis liber inter hamos erit? Aliud denique Romano Pontifici deest, etiam cuncta possidenti, forte ineptè dixi. Quid enim omnia habenti deesse potest? Certe qui dicat ei verum, à minimo itaque vsque ad magnum omnes adulationi studet, artificiosè ei loquũtur, vt decipiant: in dolo suadent, vt vincãt: fraudulenter supplicant, vt optata pertingãt. Et, quia adulationẽ sine dolo esse nemo dubitat, dolose sese blanditores cõfœderant, ne alter alteri contradicat: & veluti oratoris finis est persuadere, verbo medici pharmacia curare, sic adulatoris finis est persuadere verbo doloso. Nam fistula dulce canit, dum auceps decipit aues Et, iuxta Hiero. nec venena dantur, nisi melle circũlinita. Hipares faciũt Deo Pontifices, diuinos profitentur, sed, nisi fallor, in eo se Pontifices plurimum diuinitatis habere cõprobarentur, si tales rapi facerent ad tormenta, & in eo se Dei ultores agnoscerẽt, si tales deceptores grauissime punirẽt.

CAP. IIII. DE ALIA INFOELICItate, & calamitate, Romanorum Pontificum, videlicet, quia diu non viuant in Põtificatu, & de causis, & rationibus huius breuitatis vitæ in eisdem summis Pontificibus, potiusquam in alijs monarchis, & principatibus.


FOELICES & perbeatos sese summi Pontifices arbitrarentur, si his tñ calamitatibus, miserijs, & amaritudinib⁹, quas pauloãte narrauimus, non premerentur.

sed vltra cæteras, ea vna omnium grauissima nusquam à mente decidit, quinimo continuè affligit, vrget, & cruciat, cuius comparatione reliqua omnia incommoda, labores, & pericula, leuia quidem & tolerabilia, sed & dulcia ab eo reputantur. Cùm enim scriptum sit: quia pellem pro pelle dabit homo, & cuncta dabit pro vita sua, eo fit vt breuis vita, & præmatura mors, sicut vltimum est omnium terribilium, sic cunctis periculis, & laboribus granior atque molestior existit. Cūctas enim calamitates, & captiuitatis miserias, populus Israeliticus pati voluit, vt solum viueret. Dicebat.n. melius est, vt captiui viuentes seruiamus Nabuchodonosor Regi. Est ergo summorum Pontificum, vt aiunt, illa summa infœlicitas, & tanto statui coniuncta infœlicissima calamitas, quoniam & si cunctis affluāt bonis, nunquam vt aiunt, diutius in pontificatu viuant, vt de eorum quolibet scriptura dicere videatur, quia ante ruinam exaltabitur cor. Et iterum, exaltatus cito cōsumatus, & in breui expleuit tempora multa, supple, quibus aliàs viuere debuerat. Et iterum: in eoipso qui primatum super omnes mortales tenet, illud recte impleatur, quia omnis potentatus vita breuis. Rapiuntur quidem summi præsules, & citissimè post assumptionem moriuntur: adeo, vt post eorum præcessorem Petrum apostolum, qui per quinque circiter annorum lustra ecclesiæ præfuit nullus post eum successor hoc spatium pōtificatus æquauit. Quinimò si moderna libet tempora contemplari, vix ad Romanum sedis culmē euehitur, qui paucorum metas trāscendat annorum. Quæ siquidem breuis vitæ necessitas cū dignitate annexa videatur, meritò apud homines natura ipsa viuere cupidos, præcipuè sedentes in ea cathedra omnibus mortalibus infœliciores, & calamitosiores reputandi sunt.

Eccl. 10.b

Verùm quia hæc non recens est quærela, sed antiqua concertatio, & apud maiores nostros tam monstruosa, & prodigialis calamitas, non solum in stuporem adducta est, sed eius ratio, & causa sæpe quæsita; nec tamen arbitratu meo satis inuestigata reperitur, decreui succincto sermone disserere, num ea res ita sit: demum an sufficiens ratio, siue causa breuitatis vitæ Romanorum Pontificum potius quàm aliorum præsidentium assignari valeat.

Inter scribentes igitur reperimus Petrum Damiani, in scripturis diuinis eruditum, ac virum eloquentissimum, vt eius quædam habet epistola, interrogatum fore ab Honorio summo præsulè, quid causæ tantæ esset infœlicitatis. Is igitur causas, & rationes inuestigare conatus, idcirco arbitratur diuinam prouidentiam ita disponere, vt humano generi metum mortis incutiat, & quàm despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu euidenter ostendat, quatenus dum præcipuus, & supremus omnium hominum tam angusti temporis cōpendio moriatur, tremefactus quisq; ad præstolādi sui obitus custodiam prouocetur. Et arbor humani generis, dum cacumen & verticē suū tam facilè corruisse considerat, flatu cōcussa formidinis, in suis vndiq; ramusculis contremiscit.

Sed quispiam fortassis obijciet, cur & Regibus, Cæsaribusq; hæc eadem viuendi breuitas non occurrat? Nam & Octauianus Augustus, quo imperante saluator mundi de virgine nasci, & Dauid Rex, de cuius stirpe dignatus est propagari, alter quinquagintasex, alter quadraginta annorū circulis regali fastigio floruerunt. Et post Christi aduentum Iustinianus quinquaginta fere annis imperauit. post quos & alij videlicet, vtriusq; regni principes, & si minusculo, non tamen ad instar Romanorum pontificū breuissimo re-

tissimique corporis Christi Deo patri offert, eosq; in eodem mysterio instituit, qui itidem faciant in orbe vniuerso pro delictis populorum. Hic igitur peccata diluit, hic animabus fidelium pœnas condonat, supplicia relaxat. Hic veniam lapsis impartitur, hic errãtes corrigit, delinquentes cum expedit, reducit, hic incorrigibiles punit, & tandem peccatores summo Deo conciliat, illumque iratum placat. De quo sapiens ait: ecce sacerdos magnus, qui in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Periret rursum iustitiæ virtus, quia, eodem philosopho teste, nisi vnus in orbe foret, qui eam cunctis ministraret, & negligẽtium vicem suppleret, quicquid iustum est periclitaretur. Vnde Augusti. sine iustitia non potest regi hæc resp. humana. Neque.n. vera aut recta potest esse respub. nisi vnus omnibus præsit, qui gubernet & regat, qui summus pontifex est immortalis Dei Vicarius.

Ec. 44. b

Periret tandem illa potissima iustitiæ pars, quam Arist. epykeiam vocat, communi bono vniuersi orbis pernecessariam: per quam summus monarcha dirigit iustum legale, & plerunque scriptam rigidamq; iustitiam moderatur, dispensat, detrahit, prout rerum contingentium suppetit diuersitas: & boni communis necessitudo expostulat. Periret demũ alia iustitiæ non infima pars, quam distributiuã vocant, quæ vnius proprie est summi principatus, qua vnicuique secundum eius dignitatem, & merita, certa proportione præmia elargitur, dignitates, principatus, regna, & imperia pro meritis donat atq; instituit, pro demeritis vero transfert de gente in gentem. Quare, etsi cætera taceam, huius sacratissimi, & eminentissimi status summitas, maiestas, atque fœlicitas, simul & necessitas, ac vtilitas, in eo facilè comprehenditur. Nam si, vt aiunt, nulla maior est fœlicitas quàm multos fecisse fœlices, hunc statum beatissimum tanto

to fœliciorem dixerim, quanto plures super omnes mortales facilius,& vt ita dixerim fœlicius, fœliciores agere potest.

Patet igitur huius sacratissimi status excellentia, dignitas, & vtilitas, atque necessitas. Patent eius laudes, & præconia, nõ modò ex autoritate instituentis, ex dignissima institutione, ex causis dignissimis, sed ex fine optatissimo, ex beatis mysterijs, ex propinquitate ad Deum, ex fructu desideratissimo, ex cunctorum mortalium vtilitate, & fœlicitate redundantissima.

CAP. II. DE SPIRITVALIBVS incommodis, amaritudinibus, ministerijs, aculeis, nec non mentis afflictionibus, periculis, & laboribus summi pontificatus: vbi plurimæ summorum pontificũm calamitates, & spiritus perturbationes narrantur.

STVPORE non paruo audita est illa omnium dignitatum suprema dignitas,& cũctarum potestatum eminentissimus principatus, summi, videlicet, pontificatus: visaque est tanti numinis celsitudo, & auscultata tantæ lucis splẽdidissima claritas, cuius radiorum iubare totus orbis illustratur atq; vegetatur, Sed & ante nostræ mentis oculos contemplata est tanti culminis prærogatiua, dignitas, atq; excellentia,& tanti tribunalis suprema autoritas. cognita est illius sacratissimi atque diuinissimi status summa vtilitas atque necessitas. Demum audita sunt breui eius status laudum præconia, discussæ sunt eiusdem culminis vtilia & commoda, dulcia & prospera. Verum quia alternæ sunt rerum omnium vices, nec aliquid ita prosperum est, quod grauissimis aculeis non tangatur; idcirco iuxta pollicitum & consuetum ordinem, eiusdem altissimi status adducenda

ſunt incommoda, amaritudines, labores, & pe ricula atq; prementia: vt cernat quiſquis, qui in ea ſedet, quid in ſe experiatur. Cernant rur ſus & cæteri mortales, qui in illo ſtatus culmi ne ſummam omnium fœlicitatem collocant; verisſimum eſſe quod ſapiens ait: quia extre- ma gaudij luctus occupat, & riſus dolori miſcebitur. Et propterea verum eſſe illud eiuſdem ſapientis, gaudium & fœlicitatem dixi errorem Et fœlicitati improperabat dicens, cur fruſtra deciperis?

Pro. 14. b

In ea igitur differenda re, bipartita erit oratio. In prima quidem, huius ſummi ponti ficis ſtatus incommoda, & infœlicitates, ama ritudines, & pericula, labores, & miſerias ſpi rituales, videlicet, & mentales, breui (ſed ama ro) calamo deſcribemus. Secundo in loco tẽ porales ſiue corporales miſerias eius ſtatus, labores, & incommoda, ac interna latentia & aperta pericula differemus. In primis enim illud antiquum (ſed verisſimum) ſapientium verbum noſtris mentibus repetendum arbitror, quia quicquid in orbe præeminet atque præcellit, multis internis doloribus ſuos afficit, ac premit poſſeſſores: ſed & infinitis pene mentis aculeis, ac amaritudinibus excruciat, quos demulcet. Cæterum diſcernenda eſt (vt puto) dignitas à perſona, accidens à ſubiecto, qualitas ab obiecto. dignitas certe eius eſt excellentiæ eius culminis, vti au dimmus quippe de quo ſanctorum patrum habent traditiones, quia nemo ſanæ mentis dubitat ſanctum eſſe, quem apex tantæ digni tatis attollit, in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à Petro loci vide licet præceſſore teſtantur. Adde, quia eaipſa dignitas teſte Symmaco Papa, aut claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illuſtrat. Perſona vero, cui tanta dignitas hæret, vtinam ſic ſanctitatem vitæ ex ea dignitate contingeret, ſicut ex loci prærogatiua no-

men ſanctimoniæ recipit. Sed, prohdolor, altitudo dignitatis, virtutis, perſonæ innocentiam non inducit. Quod ſi illud eiuſdem Symmachi quis obiecerit, quia Petrus apoſtolus perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmittit ad poſteros. Id (niſi fallor) de eis ſummis pontificibus planè intelligit, quos per ſanctimoniæ ſplendor illuminat. Tranſmiſit igitur Petrus ſanctitatem ſtatus, nõ vitæ: tranſmiſit ſanctimoniam cathedræ, non perſonæ: vt hæredes eſſent futuri pontifices ſuæ bonitatis, atque cauſam occaſionemque bene recteque viuendi ſanctè præſidendi reciperent, & ſanctitas loci, meritaq; præceſſoris alium hominem facerent, quam natura genuiſſet. Pleriq; enim, teſte Iſidoro, dum mutatur ſtatus, mutatur mentis affectus. Accedit, quia ſicut excellentiam & dignitatem, ita dignitatis ſequelas videlicet, erũnas & labores Petrus tranſmiſit ad poſteros. Quas dum inperturbata mente conſidero, neſcio Romanos pontifices tanta miſeriarum, laborum, dolorumque immenſitate reſperſos fœlices, num potius infœlices aut miſeros dixerim. Irſeparabilis enim & affixus atque annexus eſt huic culmini cunctarum mentis afflictionum & perturbationum acerrimus grauiſſimus. Idque ipſe Hieronymus non negauit inquiens, quia non eſt facilè in loco Petri & Pauli tenere cathedram. Et Auguſtinus. Sicut nihil in hoc ſeculo excellentius, ita nihil in hac vita laborioſius, nilque difficilius ac periculoſius pontificatus officio, ſi eo modo non militetur, quo imperator Chriſtus iubet. Quod an verum ſit, vnuſquiſque in ea ſede locatus non modò experitur, ſed patitur: qui plus miſeriarum, mentiſque amaritudinum in ſe conſpicit, quàm legat in codicibus. Quod ſi tam graues huius dignitatis aculeos non ſentit, omnium eum miſerrimum dixerim. Nam, vt

aiunt,propriam non nosse miseriam, summa miseria est.

Quis.n.oro lætus,quis fœlix in tantis miserijs esse pôtest,quis securus inter mille pericula non semel sed iugiter iactatus?Quis rursus fęlix appellari audebit, in quem vnum omnium mortalium, etiam vilissimorum hominum ora,linguæ mordaces, cumulatissimè & impune armantur,quę vtrunque suum hominem vehementissime conturbant.

Quis oro Gregorium magnum vnum inter summos pontifices post Petrum clariorē, sanctiorem,aut,fęliciorem negabit?Iis tamē grauissimis mentis tempestatibus, & diuersis aduersitatibus, siue infęlicitatibus vrgebatur. Nam curarum sarcina, demum æmulorū detractionibus perturbatus, in seque pene distractus, vt canones eius habent, in seipsum indignatus dicebat. Infęlix ego in ecclesia illa quid facio,vbi me episcopi despiciunt & detrahunt?omnipotenti Deo gratias ago.

Quid igitur est quod fęlicior post Petrum pontifex se infęlicem appellat? Aut quis in pontificatu fœlix erit,qui Gregorium nō habet in fęlicitate consortem?Aut cum quo rursus aliquis fęlix sit, qui cum Gregorio noscitur esse infœlix. Equidem tanta miseriarum, & perturbationum mole hic beatus summus pontifex refertus fuit,tot mentis perturbationibus,& cruciatibus constrictus,vt(quemadmodum de seipso in registro ait) tædio rerū victus nullum maius supplicium,quàm illam summā fęlicitatem putabat. Dicebat rursus: spinosam fore cathedram Romani pontificis, fastigiumq; illud summum acutissimis vsquequaque consertum aculeis:adeò,vt corona & purpuratum frigium nō tam aurea quā ignea censeatur. Idq; & Adrianus Papa non negabat. Referebat enim sæpe(teste Policrato) quia non iucundis,lætisq; gradibus ascendisset, sed in incude & malleo dilatasset cum

Dominus. quem precabatur, vt dexteram apponeret, quo insupportabile onus, tanquam infœlicem, vt ita dixerim, fœlicitatem ferre posset.

Rursus (iuxta quendam sapientem) quia duplex se offert mortalibus via, qua gradiendum est, altera ad laborem, ad miseriam ducit: eligat igitur quam sibi vult summus pontifex, aut enim sese miserum, aut ex libero seruum agnoscat necesse est: quo fit, vt apud semetipsum, quietem, animique tranquillitatem optans, & requiem non inueniens, descendisse, non ascendisse recte arbitrabitur. Nam curis multiplicibus implicitus, ascensiones suas, afflictiones potius, & spiritus molestias extimabit: quia teste Grego. quantò quis altior erigitur, tantò curis grauioribus oneratur, eisque populis mente, & cogitatione supponitur, quibus præponitur dignitate. Quo fit vt quantocunque ingenio polleat, in tanto curarum tumultu, & aduersantium sibi rerum assiduo conflictu, quo se ferat, ignoret. Quippe ad spiritualia reddatur imbecillior, qui sibi in terrenis videtur diligentior: quia, vt aiunt, facilè cœlestia amittuntur, cum terrena diliguntur.

Rursus, qui in eo fastigio sedet, dum securitatem vitæ æternæ captat, ad interitum, ad periculum currit. Quid ergo fœlicitatis habet, cui nihil est securitatis? Quis enim securum summum pontificem arbitrabitur, qui de portu sciens fugit ad naufragium? Si enim in parua aqua cum tempestate periculosè nauigatur, quanto periculosior erit nauigatio in mari magno & spacioso? vbi reptilia, quorum non est numerus, quorum quędam blandiendo (sirenarum more) miseros decipiunt, quosdum eleuant, deijciunt in profundum maris. Quædam reptilium genera vt glutiāt, appropinquant, quæ sua sunt quærunt, non quæ salutis nauigantium. Quædam denique minus


lædunt, dum aperte insidiantur. Quædam (more belluarum) sub amicitiæ colore naui appropinquant, vt illam dorso subuertant, quã rectis mēbris inuadere non valuissent. Et (vt paucis agam) quid esse potest in tanta tempestate securum? Nam, teste Gregorio, quid est aliud potestas culminis, nisi tempestas mẽtis? Distrahit certe tantæ dignitatis cura, tanta rerum sollicitudo, quę menti pontificis (etiam si ferrea marmoreaque sit) confusionẽ ingerit, & suiipsius ignorationẽ. Nam, iuxta Gregorium, sæpe suscepta cura regiminis per diuersa & aduersa in seipsa colliditur, & imperfectus quisq; inuenitur ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa.

Demum in his quę diximus, si illud infœlicitatis, & periculi genus addideris, nihil est cur summi pontificis fœlicitatem infœliciorem & miseriorem cunctis mortalium miserijs non contendas. Obstat etiam suæ supremę excellentię, suæ momentaneæ fœlicitati in terioris sui hominis ignis inextinguibilis conscientiæ remorsus, assiduus vermis, qui non consumit nec cõsumitur, sed cruciat; quæ omnia tanto premunt grauius, quanto quæ suo congruunt aut non egisse, aut neglexisse damnabiliter non ignorat. Denique si illum periculo proximum dicimus, qui paucarum animarum curam suscepit, quo pacto lætus, quo securus erit, qui omnium curas in se vnum transtulit? fortes certe illos humeros dixerim, nisi leuem putant sarcinam. Quos pulchrè Bernar. tangit inquiens, grauiori & periculosiori debito tenentur astricti, qui multis animabus rationem sunt reddituri: quia (iuxta prophetam) de manu pastoris peccata populi requiruntur. Idipsum periculum summi pontificatus magnus Gregori. plangebat, atque in ipsa sua assumptione grauissimè
Psal. 39 c deplorabat, vt ex eius registro colligitur. Ait enim: Cor meũ dereliquit me. nolite vocare

me Noemi, filios enim perdidi, id est opera per terrenas curas. Prius erã ſup altitudines terræ, ſed poſt curarum fluctibus & tẽpeſtatibus sũ depreſſus. Et ſubijcit. Quis ad hoc ſuffi cit onus? Simia vocari Leo poteſt, ſed nunquam fieri quaſi dixerit. Vocari in eccleſia poſſum ſummus pontifex, ſed opere fieri nõ valeo talis, niſi quæ tali dignitati cõgruunt dignè peragam.

Hæc paucula inter nimia de ſummi pontificis ſpiritualibus miſerijs, laboribus, curis, & mentis amaritudinibus à me breui diſſerta ſunt. Adde, quæ infra tangentur, cum de epiſcoporum & aliorum eccleſiæ miniſtrorum aculeis, laboribus, & periculis ſermo erit.

CAP. TERTIVM DE PLVRIMIS temporalibus, & corporalibus incommodis, amaritudinibus, & miſerijs, & calamitatibus Romanorum pontificum: & de illorum promptis, & ei coniunctis laboribus, & periculis, anxietatibus & inſeparabilibus ærumnis.


VI aures audiendi habet non ſine magno mœrore audiuit eas ſpirituales miſerias, & mentis afflictiones, pauculas quidem ex multis, ſed veras atque pergraues, eaſque ſpiritus amaritudines, incommoditates ac labores, ſed & pericula, quæ ſummum Pontificem comitantur. Supereſt, iuxta pollicitum ordinem, vt cætera incommoda, aduerſa, & pericula temporalia, quæ eoſdem ſummos Pontifices, dum in hoc laborioſo vitæ præſentis certamine militant, temporaliter ſiue corporaliter premunt, breuisſimè audiamus. In qua re magna nobis ſe offert ad dicendum copia, ſi eſſet qui tam grã di negocio parem dicendi vim accommodaret. Demum igitur atque pro conſtanti fateamur, quod quenquam di[illegible]

tingit,& fingamus alicuius summi pontificis tantam aliquando fuisse, aut esse posse gloriam, tantam virtutem, moderationem, atque industriam, vt ei cuncta succedant prospera, demum honoratus plurimum sit, & in omni orbis plaga laudatus. & adoratus, cui omne genu (vt debitum est) flectatur, obstant, tamē his exterioribus fœlicitatibus plurima, quæ potius cruciant, quàm satiant, nec tantum delectent, quàm premant. primo quidem obstant domesticæ curæ, obstat rursus iniquissima auiditas, & (vt ita dixerim) rabidissima rabies propinquos exaltandi, atq; carne & sanguine reuelantibus, familiam, genus, stirpem perpetuandi. Volunt enim nonnulli summi pontifices, vt à se iam non vna, sed plurimæ insignes familiæ & nominatissimæ domus incipiant, illustres principatus nascātur, quorum desiderio non deerunt priscorū exempla pontificum,& longe minus q̃ huiusmodi proposito faueant. Nam docti pariter & indocti idipsum suadebūt,alij fabulas, alij scripturas allegabunt: autoritates retorquebunt prurientes pontificis auribus, ecce inquient,nemo carnem suam odio habuit.Christus quoque (cuius actiones summus pontifex illius vicarius imitari debet) cum dilexisset suos,vsque in finem dilexit eos, qui sibi coniunctos exaltauit, sed ad crucem dixerim. Multi multa dicent, vt placeāt, quia idipsum placere pontifici non ignorant. Plurima sua debunt, vt decipiant: fateor tamen,facile est decipere volentem. Sed plerunque decipiuntur in adinuentionibus suis, & inde punire eos diuina prouidentia ordinat, vnde peccatum insurgit. Nonnunquam enim ingrati sunt nepotes & contribules, ingrati propinqui, vt à rege libyæ sumere exemplum libet, cui nepos aduersus fuit, & propinqui vitæ insidiatores, ac fratrum interfectores. Demum si grati erunt hæredes quidem pecuniæ

erunt


erunt, sed dehæredes virtutis. Adde, quia si virtuti deditis studiosi fuerint, atque meritò diligendi, hi pro eorũ virtute plerunq; æmulos habent, tota contra eos armatur indignorum turba. Id tamen raro conspicimus, quinimò sæpius qualificatum sanguine præferunt qualificato sapientia & virtute, putantes ex charitatis ordine excusatos, quàm à se & suis incipere aiunt. quo fit, vt dum summus pontifex eum ipsum charitatis ordinem seruare se simulat, in eum committat. Cum itaq; ordinata charitas id primum exigat, vt coniunctos sanguine sapientia & virtute præditos diligamus, eosque spiritualibus honoribus cæteris præferamus, quibus non similibus, non beneficia, non promotiones, sed patrimonium si egent, relinquamus, naturæque, non carni subueniamus. Econtra, plerunque fit. Exaltant enim indignos, prætereunt dignos. Sed non diu transit multa tam improba personarum acceptio: aut enim, taliter exaltati, ditatique illa omnia breui consumunt tempore, quæ alibi longo cruciatu pontifices luituri sunt: aut repentina morte eripiuntur, eosque in momento perdunt, quos longo studio, maximisq; impendijs, & animæ periculis in altum prouexerunt; & quos exaltarunt in vita, seruare à morte non valent. Quippe quos heri & nudiustertius ad magna læti duxerunt fastigia, hodie mœsti ad parua ducunt sepulchra. Et, vt paucis agamus, conspiciunt assiduas fratrum, nepotum & carorũ præmaturas mortes, ne dixerim cædes. Taceo quòd summis Pontificibus hæres incertus est, successor ingratus, atque non placidus, ne dixerim æmulus.

Quod si ais, quid ne id Pontifici officit, qui dum viuit, super cunctos mortales gloriam & imperium obtinet, & omnes viuentes iudicans à nemine iudicatur? quippe qui in eũ solum obloquuntur, sacrilegi reputantur.

Quibus facilè respondemus. Primò enim sublimitatem & potentatum non negamus. Sed illud attendere libet, quia quò sublimius quis sedet, eò grauius descendet. Vix enim ex alto sine periculo aut labore descenditur. Sed, vt quidem sapiēs sapienter ait, hoc inter prudentes & ignauos interest, quia illorum descensus est, istorum vero præcipitium, atque ruina. Nam (teste Augu.) quantò gradus altior, tantò casus grauior. Et rursus, quò plus cæteris quisque potest, eò magis scit sibi esse metuēdum. Quod rursus dum romanum Pontificem super mortales, gloriam honoris & laudis nomē obtinere videmus, nemineque in eo nec verbo prorumpere, in quem sinistri aliquid cogitare nefas punibile iudicatur, fatendum est, quia non deerunt qui laudent, & in cælum vsque eius nomen & gestorum suorum facta extollant, colant, venerentur, & adorent. Et, vt quidam ex modernis dicebat, nec deerunt qui obsideant, & circunstent summo Pontifici, qui demū absistant, ne dixerim resistant. Sed nec deerunt qui serico terram sternant, cœlos apponant mobiles, vt sub vmbra gloriosus pertranseat. Sed versa vice non deeruut qui inter ea omnia obsequiorū genera, in eum vnum oculos figant, de eo iudicent, obloquantur, actus arguant, quos coram extollunt, verba distorqueant, quę pauloante in pręsentiarum plena sapientia, ac sensum consumatum dixerunt. Nec deerunt, qui famam in theatro lacerent, quàm in palatio laudant, vitam seorsum carpant, quàm coram illo cōmendant. Et quicquid mali, quicquid aduersi accidat, sibi vni vulgus attribuet. Si pacem, si concordiam, summi Pontificis opera populi suscipiunt, non deerunt qui id negēt alias enim, vt inquiunt, futurum erat. Si quid vero belli, si quid discordiarum, etiam sine Pontificis culpa acciderit, ipse vnus & causa, & somentum erit.

Rursus, si vis eisdem Romanis Pontificibus cuncta eis votiua, & prospera succedant, aliqua tamen, imò plurima eisipsis omnia habentibus deerunt. Deest primo naturalis, videlicet, libertas, quia se ex libero seruum constituit: quia meritò liber esse nequit, qui seruus esse maluit. Quo enim pacto dum cathenis quis vinctus est, liber esse potest? aut quomodo piscis liber inter hamos erit? Aliud denique Romano Pontifici deest, etiam cuncta possidenti, forte ineptè dixi. Quid enim omnia habenti deesse potest? Certe qui dicat ei verum, à minimo itaque vsque ad magnum omnes adulationi studēt, artificiosè ei loquūtur, vt decipiant: in dolo suadent, vt vincāt: fraudulenter supplicant, vt optata pertingāt. Et, quia adulationē sine dolo esse nemo dubitat, dolose sese blanditores cōfœderant, ne alter alteri contradicat: & veluti oratoris finis est persuadere, verbo medici pharmacia curare, sic adulatoris finis est persuadere verbo doloso. Nam fistula dulce canit, dum auceps decipit aues Et, iuxta Hiero. nec venena dantur, nisi melle circūlinita. Hipares faciūt Deo Pontifices, diuinos profitentur, sed, nisi fallor, in eo se Pontifices plurimum diuinitatis habere cōprobarentur, si tales rapi facerent ad tormenta, & in eo se Dei ultores agnoscerēt, si tales deceptores grauissime punirēt.

CAP. IIII. DE ALIA INFOELICItate, & calamitate, Romanorum Pontificum, videlicet, quia diu non viuant in Pōtificatu, & de causis, & rationibus huius breuitatis vitæ in eisdem summis Pontificibus, potiusquam in alijs monarchis, & principatibus.


FOELICES & perbeatos sese summi Pontifices arbitrarentur, si his tm̄ calamitatibus, miserijs, & amaritudinib⁹, quas pauloāte narrauimus, non premerentur,

sed vltra cæteras, ea vna omnium grauissima nusquam à mente decidit, quinimo continuè affligit, vrget, & cruciat, cuius comparatione reliqua omnia incommoda, labores, & pericula, leuia quidem & tolerabilia, sed & dulcia ab eo reputantur. Cum enim scriptum sit: quia pellem pro pelle dabit homo, & cuncta dabit pro vita sua, eo fit vt breuis vita, & præmatura mors, sicut vltimum est omnium terribilium, sic cunctis periculis, & laboribus granior atque molestior existit. Cūctas enim calamitates, & captiuitatis miserias, populus Israeliticus pati voluit, vt solum viueret. Dicebat.n. melius est, vt captiui viuentes seruiamus Nabuchodonosor Regi. Est ergo summorum Pontificum, vt aiunt, illa summa infœlicitas, & tanto statui coniuncta infœlicissima calamitas, quoniam & si cunctis affluāt bonis, nunquam vt aiunt, diutius in pontificatu viuant, vt de eorum quolibet scriptura dicere videatur, quia ante ruinam exaltabitur cor. Et iterum, exaltatus cito cōsumatus, & in breui expleuit tempora multa, supple, quibus aliàs viuere debuerat. Et iterum: in eoipso qui primatum super omnes mortales tenet, illud recte impleatur, quia omnis po-
Eccl. 10.b tentatus vita breuis. Rapiuntur quidem summi præsules, & citissimè post assumptionem moriuntur: adeo, vt post eorum præcessorem Petrum apostolum, qui per quinque circiter annorum lustra ecclesiæ præfuit nullus post eum successor hoc spatium pōtificatus æquauit. Quinimò si moderna libet tempora contemplari, vix ad Romanum sedis culmē euehitur, qui paucorum metas trāscendat annorum. Quæ siquidem breuis vitæ necessitas cū dignitate annexa videatur, meritò apud homines natura ipsa viuere cupidos, præcipuè sedentes in ea cathedra omnibus mortalibus infœliciores, & calamitosiores reputandi sunt.

Verùm quia hæc non recens est quærela, sed antiqua concertatio, & apud maiores nostros tam monstruosâ,& prodigialis calamitas,non solum in stuporem adducta est, sed eius ratio, & causa sæpe quæsita; nec tamen arbitratu meo satis inuestigata reperitur,decreui succincto sermone disserere,num ea res ita sit: demum an sufficiens ratio, siue causa breuitatis vitæ Romanorum Pontificum potius quàm aliorum præsidentium assignari valeat.

Inter scribentes igitur reperimus Petrum Damiani, in scripturis diuinis eruditum, ac virum eloquentissimum,vt eius quædam habet epistola, interrogatum fore ab Honorio summo præsulè, quid causæ tantæ esset infœlicitatis. Is igitur causas,& rationes inuestigare conatus, idcirco arbitratur diuinam prouidentiam ita disponere, vt humano generi metum mortis incutiat, & quàm despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu euidenter ostendat, quatenus dum præcipuus,& supremus omnium hominum tam angusti temporis cōpendio moriatur,tremefactus quisq; ad præstolādi sui obitus custodiam prouocetur. Et arbor humani generis,dum cacumen & verticē suū tam facilè corruisse considerat, flatu cōcussa formidinis, in suis vndiq; ramusculis contremiscit.

Sed quispiam fortassis obijciet,cur & Regibus, Cæsaribusq; hæc eadem viuendi breuitas non occurrat? Nam & Octauianus Augustus, quo imperante saluator mundi de virgine nasci,& Dauid Rex, de cuius stirpe dignatus est propagari,alter quinquagintasex, alter quadraginta annorū circulis regali fastigio floruerunt. Et post Christi aduentum Iustinianus quinquaginta fere annis imperauit.post quos & alij videlicet, vtriusq; regni principes,& si minusculo, non tamen ad instar Romanorum pontificū breuissimo re-

gnauerunt tēpore. Ad quod facile Petrus Da miani respondet, quia cum vnus omni mūdo Papa præsideat, Reges autem plurimos in orbe terrarum sua cuiusq; regni meta concludat, & quilibet Imperator ad Papæ vestigia corruit, qui Rex regum, & princeps imperantium, ac cunctos in carne viuentes, honore, & dignitate præcellit. Quo fit vt quolibet Rege defuncto, solum regnum eius destituatur ad ministratione. Cū vero sedis apostolicæ Pōtifex moritur, vniuersis, veluti cōmuni patre mundus orbatur. Quid enim Africa de regibus Asiæ, aut q̄d Aethiopia de Hispaniæ principibus sentit? Nā siue moriantur, siue viuāt, quia procul à se remota sunt, vtrunq; indifferenter ignorant. Est & aliud, cur mors cuiusli bet regis non magnopere sit terrori, quoniā seculares principes (qui turbis popularibus præsunt) sæpe gladijs premuntur. Nam vt de multis paucos adhibeam, Caius, Claudius, Nero, Galba, Otto, Vitellius, omnes isti Imperatores per continuam sunt seriem vnus post alterum principati, & (excepto Claudio) cūcti sunt vel suis, vel hostium gladijs interempti. Postmodum quoque (sicut Romana tradidit histo.) Antonius, Alexander magnus, Gordianus, Decius, Gallus, Volusianus, omnes hi seriatim sibimet per continuum ordinem succedentes, gladio trucidante prostrati sunt. Seculares ergo principes, quia diuersæ mortis casibus exponuntur, cor audientium eorum exitu non terretur. Papæ vero vita, quia sola naturalis obitus lege concluditur, eius, ex hac vita transitus sine graui formidine non auditur. Porrò quia terreni principes regni sui quisque, vt dictum est, limitibus includuntur, causa non est, cur per alienas mundi prouincias eorum obitus diffundatur. Papa vero (quia solus omnium ecclesiarum vniuersalis prælatus) cum luce priuatur, mors eius per ampla terrenarū rerum diffunditur. Et si-

cut sol, quia solus lucet, si eclipsim forte sustineat, præsto necesse est, vt in tenebras totus vbique mundus incurrat; sic Papa cum ex hac vita recedit, illico, quia vnus in mundo est, longinqua regnorum spatia mortis eius fama percurrit. Et consequens est, vt quos tam sublimis singularisq; personæ casus obturbat, prope quoque vocationis exitum tremefactis visceribus expauescat.

Vbi notandum, quàm velit omnipotens Deus Roma. Pontificis vitam hominibus in ædificatione prodesse; cuius etiam mortem decreuit saluti gentium ministrare, quãto studio debet lucris animarum dum audiuit intendere, cuius mors prouidetur ad Creatorem suum animas hominum reuocare, vt dum se patrem orbis esse considerat, ab impetranda tot filijs hæreditate desidia non torpescat.

Hæc est illius sapientis sententia, quæ & alijs persuasiuis, causis, & rationibus iuuari potest. Primò quidem, quia cum Diuina prouidentia nihil in orbe agat, cuius legitima causa non præcedat, piè arbitrandum est, ꝙ non nisi ex iustis causis in diuina mente reconditis, vitam summorum Pontificum abbreuiat. Et inter cæteras, vt Christum imitentur in vitæ periodo, quem imitari debent in viuendi modo. Et vicarius patronum sequatur, qui intempestiue & in dimidio annorum suorum ab hac luce subtractus est. Ipse enim dixit, qui mihi ministrat, me sequatur. Rursus Ioan.12.d immortalis Deus iudex rectus vitam donat, & adimit, secũdum suam, nobis incognitam, iustissimam distributionem; sed & cum æquissimus arbiter existat, ita suis ministris & fidelibus vitam distribuit, vt nec alter ex recepto beneficio superbiat, nec alij eius fœlicitati inuideant. Obliquaretur siquidem eadem diuina & æquissima distributio, sit cuncta fœlicia & prospera, quæ simul singulis denegat

vni concederet. Ea igitur diuina prouidentia omnia in mensura & pondere æquans, Papæ vicario suo summum omnium fœlicitatũ culmen donauit, sed ne tanta fœlicitate intumescat, longam adimit vitam. Cæteris vero mortalibus quod illi vni negauit recte indulget, vt ille habeat, quo istos excedat, & illi obtineant, de quo ille inuideat. Accedit, quoniam cum omnium mortalium studia ad viuendũ tendant, ordinat iustissimus Deus, vt tam vehemens studium viuendi mors præueniat, in eo præsertim, qui cæteris potius, quàm sibi viuere optandus esset. Quare in eo tantò celerius vitam eripit, quantò studiosius illam cupit, atque custodit: quia iuxta Grego. quanto mens humana se per desideria dilatat, tantò ad receptionem effectuum angustat. Et iterum, hæc humana vita per momenta deficit, & cum plus viuendi desiderium crescit, ipsa uiuendi anxietas desiderio terminatur. Quo fit, vt ipsi Romani Pontifices omnia habentes facilè agnoscant, quòd decipiuntur in cogitationibus suis, dum sibi longam vitam promittunt. Et qui non ignorant, quia non est hominis vita eius, discant ea desiderare quæ prosint. Et dum per potentiam stare se putant, quàm facile cadant aduertant. Demũ negat rectissimus Deus vicario suo, quę optat ad eius solius vtilitatem, cui donat quæ sunt ad eius veriorem salutem. Nam iuxta Grego. multa incommoda incurrunt sæpe homines diu viuendo. Ex his itaque causis putarunt nonnulli sapientes, & curiosi viri, Romanos Pontifices non diu in pontificatu viuere. An autem rationes ipsæ vrgeant, statim subijciemus.

AP. V. DE VERISSIMIS CAV
breuitatis vitæ summorum Pontificum: &
sit verum vniformiter, quod parum in Pa
tu viuant, & an in hoc Ro. Pontifices dif-
rant à cæteris mortalibus.

ASSIGNATAE sunt causæ & rationes breuitatis vitæ summorum Pontificum, prout quibusdam sapientibus placuit, quę etsi veræ & exemplares, ac rationi sa s consonæ videantur, pro eo maximè quòd norem mortis, ac contemptum culminis di nitatum persuadere videantur, & ob eam m aures demulceant. quia tamē in mente di ina reconditæ sunt, cuius iudicia (vt abyssus ulta) nobis incognita sunt, rursus non au- oritatibus sacrarum scripturarum, sed po- us persuasionibus innituntur. Credimus ra ones ipsas non vsque adeò militare aut suf cere, vt fateri oporteat statui & culmini sū- i Pontificatus generaliter tributum esse, ut vniformiter inesse, vt tantum apicem a- cendentes digni aut non digni, sancti aut re robi, pro eo solum quòd in Pontificatus ulmine sedet, vita longa, aut aliàs eis à di- ina prouidentia destinata frustrari debent. Ne autem eos imitemur, qui dum aliena re- ellunt, sua non comprobant; altius rem ip- am repetentes plurimis & nostro iudicio ve- idicis fundamentis deducemus alienum esse facti veritate cunctis, videlicet, summis Pon ificibus vniformiter insitum & proprium es e, vt parum in Pontificatu viuant. Idque ne- dum alienum à rei veritate, sed nec recta fide fore credendum arbitramur: quinimò in ea- ipsa viuendi conditione, aut breui, aut lon- gæua, ipsos summos Pontifices à cæteris ho- minibus non differre. Et si forte (vt plurimū) diutius eos in Pontificatu viuere non cer- namus, id non ex natura, aut infœlicitate

ſtatus, ſiue dignitatis apoſtolicæ, ſed aliunde veluti in cæteris mortalibus contingere. Deducemus igitur primo luce clarius aliunde Romanos Pontifices, & ex alijs potiorib⁹ & notioribus cauſis, diutius nõn viuere. In ſequenti uero capitulo, breui compendio rationes afferemus, quare ſummo Pontificatui non inſit vniformiter, vt illum aſſequentes parum viuant. Primo igitur putamus facti præſuppoſitum veritate carere; quinimo ſi ſummorum Pontificum annualia, ſi illorum aſſumptionum tempora, ſi ætates animo recenſemus, vtique reperiemus eoſdem Pontifices nõn modò breuiori, ſed longiori tempore cæteris fidelibus vixiſſe. Quippe cum, vt plurimum, non niſi ſenes ac maturæ ætatis viri, ſed & valetudinarij, ad ſummum eligantur Pontificatum. quid mirum ſi parum in papatu ſedeant, qui diu ante illum vixerunt? Nihilominus plurimos in ſenectute aſſumptos legimus diu ſediſſe. Linus enim. xij. annos vixit in papatu. Cletus totidem. Leo quartus licet ſenex. xv. annos. Fabianus. xviij. Paſchalis & Damaſus, Virgilius, Innocẽtius, atque Liberius totidem. Leo quartus licet longæuus ætate & valitudinarius foret, cum cathedram aſcendit. xx. tamen annos præfuit. Alexander. xxj. Beatus vero Syluester. xxiij. annos ſedit. Rurſus Adrianus xxiiij. vnominus menſe præſedit. Leo vero primus. xxv. fœliciter p̄fuit annos, ſub quo duo œcumenica apud Chalcedoniam fuerunt congregata concilia. Quid igitur ſibi vult illorum inſulta poſitio, qui cunctis in cathedra Petri ſedentibus vitam adimunt; cum tamen vnius hominis ad omnes proportione habita plus cæteris viuere comprobentur: niſi velimus eos ſolum qui Petri Cathedram tenẽt, longiore vita præ cæteris viuere? Aut forte velimus illos tunc naturaliter naſci, tunc viuere incipere, cum aſſumuntur? Aut for-

conqueramur (exempli gratia) Calixtum
cundum post. lxxx. assumptum annum præ
aturæ raptum, quia quadriennio ferè tan- Ioan. 3. a
m præcedit, quibus illud Nicodemi in euan
elio facetè, simul & verè dici potest, quó-
odo enim homo potest renasci, cum sit se-
ex, aut quomodo viuere incipiet is, cui
aturaliter viuere definendum esset? Satis
gitur, vt putamus, viuunt summi Pontifi-
es, si rectè viuunt longæuè præsident, si diu
viuere & præesse arbitrantur. Sed, nisi
allimur, ideo nonnulli summi Pontifices
nori præmaturè arbitrantur, quia citius
uàm vellent, sed fortè tardius quam debet,
noriuntur. Mira certè res est. Volunt summi
Pontifices præceptum à Deo esse, vt viuant:
ed nolunt quidam viuere, vt præceptum est.
Recte igitur cum eis agit diuina prouidētia,
qui in eorum vitæ cupiditatis pœnam, tantò
celerius rapiuntur, quantò (vt prædiximus)
vitam cupiunt atq; custodiunt: quia vt inquit
Gregorius male viuunt, qui diu victuros se
desiderant. Et Socrates dicebat, viuere non
meretur, cui nihil est in mente nisi vt viuat: de
quo tangemus infra in capitulo septimo. Si
igitur rectè, si verè atque catholicè in ea re
loquendum est, indubie fatendum erit breui-
tatem aut longitudinem vitæ Pontificis, si-
cut & cuiusuis alterius ex illius persona aut
propria natura pendere, non quidem ex sta-
tu, sed ex reatu, non ex pontificatu, sed ex
actu, nec ex dignitate, sed vitæ qualitate,
nec ex culminis excellentia, sed quietis ani-
mi indigentia.

Et, vt paucis agamus, tres arbitramur po
tissimas atq; vrgētissimas breuitatis vitę quo
rundam Pontificum causas rationesq; cōmu
nes omnibus non plus summorum Pontificū
quàm infimorum hominum. Quarum prima
est natura disconueniens, secunda culpa pu-
niens, tertia curarum turba vitam minuens.

Prima ſiquidē cauſa naturalis eſt diſconuenientia. Cum enim ſummus pontifex, veluti cæteri homines, ex quatuor ſit elementis compactus, natura in eis vim ſuam, æquo exercet vibramine niſi forte ſummi pontifices contendant à natura, ipſa exemptos; idque ipſi ſummopere optarent, vt corporis dolores, & cruciatus vitarent. Conſtat autem longioris & breuioris vitæ cauſam naturalē fore. Nam (Augu. teſte) & ſi in manu Dei ſit omnis vita, & mors ipſe tamen naturę plaſmator ſic cuncta gubernat & regit, vt naturam motus ſuos naturales exercere ſinat. Cauſa igitur naturalis, longioris aut breuioris vitę hominis, ſecundum quorundam philoſophorum ſententiam, ſpiritus, ſiue aer eſt, eo quòd illum videamus inſtrumentum eſſe virtutis operatiuum; & vitæ inductiuum. quare ſecundum ſpiritus proportionem, ſic proportionatur & vita quandoquidem paucus exiſtit, tunc debilitate vitam abbreuiet, ſicut in melancholicis quando vero multus, eo caſu exſufflando, calorem extinguit, veluti ventum videmus extinguere lampadem. Cum autem groſſus erit, vtique virtutū vitalium operationes impedit, ſicut & quando nimis exilis, tunc enim de facili ſpirat, quo fit, vt mortem abbreuiet, & inducat.

Ariſtotelis vero & aliorum philoſophantium ſcholæ indubitata concluſio eſt, calidū & humidum, principia & cauſas fore longioris & breuioris vitæ hominum. quanto enim tempore calidum in humido non conſumpto, aut non deprauato, valet ſubſiſtere; & quanto tempore humidum reduci poteſt, atque à calido conuerti, tanto tempore indubitantur vita cuiuſuis mortalis durat. Quæ ſiquidem menſura circa tria potiſſime attenditur, videlicet, circa quantitatem, item qualitatem ipſius calidi & humidi, tertio ſecundum qualitatem membrorum atque vaſorū,

n quibus operatur, prout latius in libro de
morte & vita philosophus tradit. Quādo igi
ur in humano corpore adest illa discōueniē-
ia, aut contingit caliditatis & siccitatis excess
us ipso humido radicali aut consumpto, aut
epravato; necesse est, vt vita hominis abbre
ietur. Contingit autem varijs ex causis exces
us ipse, siue humoris depravatio, secundum
aturalium & medicorum traditiones. Id ta-
nen facilius in principibus conspicimus, qui
utant se ita esse dominos stomachorum &
entrum suorum, sicut & omnium subditorū.
Quotidie siquidem præciosis, atque splen-
idis, sapidisque cibis, varijsque modis præ-
aratis, passim vescuntur, vinorumque varie
ate potantur. Et quia maiore quantitate su-
nitur, quod auidius & sapidius deuoratur,
eccesse est ex multorum diuersorum ciborū
arietate grauetur stomachus. Quo fit, vt ad
endo edendi appetitus amittatur, generen-
urque ventositates, inflationes in ventre, tre
nores in membris, ac febres, & tandem præ
natura mors accidat. Hinc Aristoteles de se-
retis secretorum ad Alexandrum: nihil est,
nquit, quod magis vitam prolonget, quàm
auere à supefluitate ciborum. Nec est quod
nagis abbreuiet, quàm cōmestionem com-
nestioni superaddere. Hippocrates .n. adeo
ietas seruabat, vt debilitatem corporis ex
ndustria sustineret, malens debilis viuere,
quā robustus & pinguis mori. Dicebat enim
uia malebat comedere, vt uiueret, quàm vi-
ere vt comederet. Addens, quia alimenta
ominibus natura dedit, propter durabilita-
em, non durabilitatem propter cibum. Hinc
apiens Salomon ait: æqua vita hominibus Eccl. 31.d
n sobrietate, & qui abstinens est, adijciet &
itam. Falsò igitur culpa personæ, dignitati
ttribuitur. indignè summi pontificatus di-
gnitas, propter ventris ingluuiē diffamatur.
Sed rectus est Deus, & rectum iudicium suum:

pœna, certe tenet auctores suos: quia scriptũ est: anima, id est, vita, quæ peccauerit, ipsa morietur. & consonum rationi est, vt qui peccat in vitam propriam, in ea puniatur. Ridiculum ergo videtur asserere, mortales & naturales homines, determinatum quendam statum, aut dignitatis culmen assequentes à legibus naturæ exemptos fore: & præsertim summi Dei vicarium hominem purum, & naturæ subditum, qui quanto Deo proximior existit, tantò legibus naturæ (vt legibus patroni sui) astringitur. Natura enim lex Dei est, qua eius vicarius ligatur.

Psal. 118.

Secundam & principalem causam breuitatis vitæ summorum Pontificum, sicut & cæterorum hominum, culpam peruenientem diximus. Nihil enim magis vitam hominum abbreuiat, quam peccatum: idq; plurimis diuinis testimonijs comprobatur, quod in eisdẽ Romanis Pontificibus facilè reperiri libet. Nam ad quendam ex summis & veteribus sacerdotibus, qui typum pro eo tempore summorum Pontificum gerebat, Deum per prophetam dixisse legimus: præcepta mea, cor tuum custodiant, longitudinem enim dierũ, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Demum in expresso alibi, summo Pontifici longa à Deo vita promissa est. Siquidem alius propheta, summum sacerdotem designans, super aspidem, inquit, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & dracone: & statim subijcit, eripiam eum & glorificabo eum, ac longitudine dierũ replebo eũ. Nec ab re quidem, cum enim scriptum sit, quia opus iustitiæ vita est, meritò sancti, iustique Pontifices longa perfruuntur vita. Vnde alibi scribitur, si in lege mea ambulaueris, longos faciam dies tuos. Et iterum, quærite Deum & viuetis. Iniusti vero & reprobi è vestigio vita priuantur, quia ad omnes illa vox dicta est: viri iniqui non dimidiabunt dies suos.

it rursum, iniusti mox sicut honorificati fue int: & exaltati deficient. Et alibi, vidi im-pium exaltatum & eleuatum sicut cedrum, & transiui & ecce non erat. Quæ siquidem au-toritas proprie summum pontificem signat, cum dicit exaltatum sicut cedrum, quæ cun-ctas plantas eminentia & altitudine vincit. Talibus certe comminatur propheta dicens. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Vnde vita hominis, pulchre Augu. inquit, media est inter vitam peccan-tium hominum, & innocentium & angelorũ. Si viuit homo secundum carnem peccatori-bus comparatur, qui non dimidiabunt dies suos. Si viuit secundum spiritum, per diu-turnam vitam angelis comparatur. Sed di-cet quispiam plerunq; reprobi & iniusti diu-tius, boni vero parcius viuunt. Quod & fa-teor, & antiqua querela est à prophetis & san-ctis viris, Deo soli reseruata: quantùm tamen ipsa diuina prouidentia sanctis suis intellige-re, nosseq; permisit, illud vtrisq; conuenit. Il-lis, ne amplius peccent, istis, quia id sibi expe-dit. Non.n.eis mors ipsa pœna est, sed reme-dium, vt molestiæ & mundi miseriæ, quæ eos premunt, & aliàs vinci nõ poterant, vitę suæ breuitate vincantur secundum Ambro. Vnde Seneca. quæ videtur intẽpestiua mors, iustis est completa vita: quia miseriarum finis est. Quare subdit: rudis satis videtur tyrannus, cũ potius à pœna liberat, quem punire se credit. Rapiuntur igitur boni Pontifices, vt requie-scant à laboribus suis: & ne malitia mutet in-tellectum illorum. Adde, quia secundum Gre-gorium Papam de se loquentem: quosdã ma-gis delectet pergere, quam manere: magis ci-tius præueniri, quam morari: nedum oble-ctentur in via, obliuiscantur quod desiderãt in patria. Et iterum idem Gregor. aliquando secreto iudicio agitur, vt electorum vita abbreuietur, ne viam pro patria diligamus.

Psal. 36. d

Vt igitur paucis agamus, tunc summi Pontifices summi erunt, tunc fœlices, tunc vere beati, tunc gloriam, tunc famam dilatant, tunc nomen perpetuant, tunc longos & incolumes videbunt dies, si ecclesiæ, cui præsunt, promouent honorem, si fidem, quàm exaltare professi sunt, augere conantur: si religionis dilatant cultum, si mores emendant, si superbos humiliant, si exaltant humiles, si sunt munifici in egenos, si in copiosos frugaliores, si sapientiam, si virtutes, præmio, si vitia æqua pœnarum lance compensant, si iustitia vsquequaque ambulat ante eos, & imponunt in via prudentiæ cunctos gressus suos, si tyrannidē viriliter reprimant, si ad pacem orbis inuigilant, si ab omnibus extremis æquo spacio discedunt, si cessat in eis prodigalitas, abest omnis auaritia: quia illa ecclesiam vastat, hęc gloriam metiri veritatis nō potest. Scriptum

Pro.28.c est, qui odit auaritiam, longe fient dies eius.

Tertiam causam breuitatis vitæ summorū Pontificum, non quidem ipsum Pontificatū dixerim, sed vrgentium atque prementium turbam curarum, ac assiduam mentis agitationem, quia scriptum est: tristis spiritus exsiccat ossa. Et iterum deprimit terrena inhabitatio sensuum multa cogitantem. Hinc Augustinus, super illo verbo Iacobi quarto (vita nostra vapor est admodum patens) ait: curæ & assiduæ cogitationes corpus extenuant, & mentis fatigationes rerum inextricabilesque quæstiones, humores omnium membrorum exsiccant, frequentia hominum morbidat, tristitiæ consumunt, negotiorumq; sollicitudo coartat. Hinc & Cassiodorus; nihil est quòd vitæ hominis magis officiat, & dies eius abbreuiet; quàm tristitia mentis, lāguor animi, & rerum sollicitudo multarum. Nam sicut, teste sapiente, lætus animus floridam reddit faciem, & sicut iucunditas cordis, vita est consumata hominis; ita anxius &

curis fatigatus animus corpus macerat, & vires minuit, humidum consumit, caliditatem auget vnà cum siccitate. Ex qua re appetitus perditur, & tandem mors acceleratur, vt pauloante in prima naturali causa deduximus.

Has igitur putamus causas verissimas, has rationes, hæc fundamenta breuitatis vitæ summorum Pontificum, non quidem ipsius culminis statum & eminentiam, quæ sancta est, & in nullo peccauit, sed qui ea abutitur.

CAP. VI. IN QVO ASSIGNANtur causæ, & rationes, quare illorum opinio non sit tenenda, qui putarunt summis Pontificibus bonis, & reprobis, vniformiter insitum & proprium esse, vt in Pontificatu paucum viuant.

CAETERVM, vt huic articulo finem demus, ne de illorum simus numero, qui ab alijs maturè tradita, leuiter refellunt, nec causas reddunt, breui rationes & motiua adducemus, quibus apertissimè probatur opinionem non esse ferendam, nec recta fide tenendam, videlicet, summis Pontificibus vniformiter insitum esse, vt paucum in pontificatu viuant.

Primò igitur idipsum probant ea quæ supra tetigimus. Secundò quidem, quia facti veritas longe aliter rem demonstrat. Tertiò ea vitæ breuitas, quatenus nostram tenet notitiam, in nulla alia totius orbis Monarchia, Imperio, aut Principatu ecclesiastico, aut mũdano reperitur. quinimò si veteris legis summos Pontifices, Reges, siue Monarchas recolere libet; non eos tali lege, taliq; censura cõstrictos reperiemus, veluti de Melchisedech, Moyse, Aaron, Heli, Heleazaro, & plurimis, qui longo admodum tempore in summo sa-

cerdotio vixerunt, vt præcedenti capitulo ta ctum est. Quartò, quia, nisi fallimur, qui vitæ breuis necessitatem summis Pontificibus imponunt, Deum arguunt acceptorem personarum. Nam omnium hominum, vt scriptum est, vita est in voluntate Dei, in quo omnes viuimus, mouemur, & sumus; & ita iudicat magnum sicut paruum, quia scriptum est, pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est Deo de omnibus: quinimò de hominis vita loquens propheta ait; non accipit personam principis. Et iterum non subtrahit personam cuiusquam Dominus, qui est omniū dominator. Subtraheret itaq; personam, si prææmaturæ vitæ eius præsidentem, citius q̃ alios vita priuaret, atq; à terra subtraheret. Quintò, non est verisimile, sed à veritate alienum, Deum, cuius est cura de ecclesia sua, de qua per prophetam dixerat, quid potui facere vineæ meæ, & non feci? velle quouis modo parare occasionem schismatibus & periculis, atque eam dissidijs & diuisionibus patenter exponere: quod esset, si lege æterna, & vniformiter ordinasset vicarios eius in terris, præ cæteris hominibus parum victuros. Ex crebris enim huius sedis vacationibus schismata plèraque pericula ecclesiæ imminere, & sæpe accidere perspicuum est. Absit enim à diuina bonitate, vt hoc fastigium apostolicę sedis ab eo pro communi ecclesię vtilitate, eiusque vnitate institutum, in eis dissidiū, periculū, & detrimentum conuerteret, & ex eo statu necessario schismata proueniunt, & in quo sedentes necessario breui viuendum est. Nam, vt ait Hierony. in remedium schismatis actū est, vt vnus omnibus præsit. Et ob eam rem, sanctorum virorum traditiones, & sacri canones, vacationes huius sedis, & obitus summorum Pontificum plurimum formidarunt. Sextò, absit quod ecclesia Dei in traditionibus, & consuetudinibus suis quouismodo

erret, quæ spiritusancto regitur. Ipsa tamen per totum mundum diffusa, sine intermissione pro vita & incolumitate Romani Pontificis ad Deum assiduè orat. Nam vt pulchrè cōtinet canō sancti Bonifacij martyris, pro Romani Pontificis uita atq; perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat; quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere: hæc sunt verba canonis. Ecce formalia, quæ omnem dubitationem tollunt, erraret vtique ecclesia, & improuidè ageret, atque Deo contra diceret orando, pro illius longa vita & incolumitate, qui ex diuina dispositione, quę eum voluit, & præsciuit parum viuere, & sic necessariò breui moriturus est. Septimò, ex ea breui & certa necessitate moriēdi, aufertur summo Pontifici magna vtilitas, sed & grande meritum, ꝙ ex incertitudine tēporis mortis cunctis fidelibus prouenit. Nā, vt inquit, Grego. super illo verbo, qua hora non putabis et cetera, tempus mortis ideo Dominus voluit nobis esse ignotum, vt semper possit esse suspectum: & dum illud tempus præuidere non possumus, ad mortem sine intermissione præparemur. Si ergo Papa parum se viuere sciret, per consequens mortem prę uidere posset: quò fieret, vt frustraretur tanto bono videlicet timore mortis quia secundum Greg. tanto plus mors timetur, quanto minus præuideri potest. Præterea cū Papa sit in statu omnium perfectissimo, indignum est, vt propter eandem perfectionē alio proximo bono priuetur, videlicet, grandi merito, quod ex longa vita iustis prouenit. Quātò enim iustis viris magnis prolongatur vita corporalis, tantò fœlicior redditur in effectu præmij salutaris Nam teste Aug. hæc vallis miseriæ, fit eis vallis vbertatis bonorum spiritualium. Et etiam campus certaminis & pugnæ victoriosæ. Est enim vita nostra secundum Ber.

locus lucratiuus. Ea de re Paulus longam vitam optauit simul & procurauit, cum submissus in sporta per murū persecutoris insidias declinauit. Denique ipse Christus dulcissimæ matri suæ post eius passionem longam vitam promisit & donauit. Sed & Iohanni euangelistæ, quem Christus plurimum diligebat, & ad apostolatum vocauit, non tamen sine suo & plurimorum profectu ad centesimum vsque annum vno minus vitam prolongauit. quod ergo Christus dilectis suis promisit, donauit, & laudauit, idipsum vicario suo negare non debet, pro illius ampliori merito, & ecclesiæ suę vtilitate. Octauò, hæc pontificis mors, quàm præmaturam dicunt, aut est in illius pœnam, aut in præmium, aut est proprium cathedræ, non quippe in pœnam, quia nullus sine culpa punitur. Scriptum est enim absit à te domine, vt perdas iustum cū impio. Iustus ergo & rectus Pontifex, si parum in Pontificatu viueret, puniretur sine culpa, quod est inconueniens. Sed & alia ratione hæc breuitas vitæ, nec in pœnam, nec in pręmium esse potest, quia ex eo quod necessario futurum est, quia quod quis vitare non valet, non consequitur, nec pœnam nec pręmium secundum Augu. Si verò sedi annexum est, tunc sequatur absurdum necesse est, vt videlicet aliunde quàm ex voluntate propria quis mereatur aut demereatur, consequatur pœnam aut pręmium. Adde quia Christus Romanam ecclesiam instituit duraturam vsque in finem seculi. Indignum itaq; videtur, vt in sede perpetua sedens breuius viueret, quàm in cęteris prophanis & tēporalibus cathedris sedentes: imo congruum esset, vt longioris essent vitæ & quod eis à natura prouenit, Deus (cuius est vicarius) non auferat. Inconueniens enim videtur, vt præsidens in sanctissima cathedra diminutionem vitæ suscipiat à cathedra, quā bene viuendo honorat, & in ea viuens fideli-

bus proficit. Sed neq; est largitati diuinæ cōn sentaneum, vt abbreuiata sit manus eius in vicario & ministro suo. De quo, vt supra reti gimus, per prophetam promissum est, quia si in præceptis suis ambularet, eriperet eum, & glorificaret eum, & longitudine dierum impleret illum. Confirmantur prædicta: quia si Pontificatus esset proprium parum viuere, Papa (dei vicarius & minister) esset peioris & durioris cōditionis, quàm cæteri homines, & hoc in duobus. Primò, cum cæteris, imò omnibus hominibus à Deo dictum sit; ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortē, bonū & malum, si vniformiter breuis esset mors Papæ, auferretur ei illud beneficium & istud bonum, vt sit ante faciem eius vita & mors. Secundò, cū Deus in dicta authoritate appel let vitam bonum, & mortem malum, tunc ea sola ratione, quia eius est vicarius & minister, reciperet ab eo odia & mala, cum potius bona sumere deberet, quia scriptum est: qui ei ministrat, vita viuet. Et iterum, ministros eius non derelinquet. Absit enim vt Deus reddat pro bono malum. Psal. 90. d

CAP. VII. IN QVO RESPONDETur motiuis illorum qui dixerunt, Papam parum viuere in papatu, & quo sensu sit intelligenda predicta opinio, & quomodo cum veritate possit saluari.

POstremò vt de statu Romani Pōtificis nos absoluamus, quamquàm ex supradictis luculenter responsum sit rationibus & motiuis in principio adductis, quibus aliqui sapientes & contemplatiui persuadere potius quàm probare visi sunt. Romanis Pontificibus vniformiter datum esse vt parū in papatu viuant, nihilominus particularius satisfaciemus prædictis rationibus. Deinde vt morem prædictis sapientibus geramus,

vni concederet. Ea igitur diuina prouidentia omnia in mensura & pondere æquans, Papæ vicario suo summum omnium fœlicitatū cul men donauit, sed ne tanta fœlicitate intumescat, longam adimit vitam. Cæteris vero mortalibus quod illi vni negauit recte indulget, vt ille habeat, quo istos excedat, & illi obtineant, de quo ille inuideat. Accedit, quoniam cum omnium mortalium studia ad viuendū tendant, ordinat iustissimus Deus, vt tam vehemens studium viuendi mors præueniat, in eo præsertim, qui cæteris potius, quàm sibi viuere optandus esset. Quare in eo tantò celerius vitam eripit, quantò studiosius illam cupit, atque custodit: quia iuxta Grego. quanto mens humana se per desideria dilatat, tantò ad receptionem effectuum angustat. Et iterum, hæc humana vita per momenta deficit, & cum plus viuendi desiderium crescit, ipsa uiuendi anxietas desiderio terminatur. Quo fit, vt ipsi Romani Pontifices omnia habentes facilè agnoscant, quòd decipiuntur in cogitationibus suis, dum sibi longam vitam promittunt. Et qui non ignorant, quia non est hominis vita eius, discant ea desiderare quæ prosint. Et dum per potentiam stare se putant, quàm facile cadant aduertant. Demū negat rectissimus Deus vicario suo, quę optat ad eius solius vtilitatem, cui donat quæ sunt ad eius veriorem salutem. Nam iuxta Gre-
L. . . I go. multa incommoda incurrunt sæpe homines diu viuendo. Ex his itaque causis putarunt nonnulli sapientes, & curiosi viri, Romanos Pontifices non diu in pontificatu viuere. An autem rationes ipsæ vrgeant, statim subijciemus.

CAP. V. DE VERISSIMIS CAVs breuitatis vitæ summorum Pontificum: & n sit verum vniformiter, quod parum in Paatu viuant, & an in hoc Ro. Pontifices differant à cæteris mortalibus.

ASSIGNATAE sunt causæ & rationes breuitatis vitæ summorum Pontificum, prout quibusdam sapientibus placuit, quę etsi veræ & exemplares, ac rationi sa is consonæ videantur, pro eo maximè quòd inorem mortis, ac contemptum culminis dinitatum persuadere videantur, & ob eam em aures demulceant. quia tamē in mente di ina reconditæ sunt, cuius iudicia (vt abyssus nulta) nobis incognita sunt, rursus non auoritatibus sacrarum scripturarum, sed poius persuasionibus innituntur. Credimus ra ones ipsas non vsque adeò militare aut suf cere, vt fateri oporteat statui & culmini sūni Pontificatus generaliter tributum esse, ut vniformiter inesse, vt tantum apicem acendentes digni aut non digni, sancti aut re robi, pro eo solum quòd in Pontificatus ulmine sedet, vita longa, aut aliàs eis à diina prouidentia destinata frustrari debent. Ne autem eos imitemur, qui dum aliena reellunt, sua non comprobant; altius rem ipam repetentes plurimis & nostro iudicio veidicis fundamentis deducemus alienum esse facti veritate cunctis, videlicet, summis Pon ficibus vniformiter insitum & proprium es e, vt parum in Pontificatu viuant. Idque neum alienum à rei veritate, sed nec recta fide ore credendum arbitramur: quinimò in eaosa viuendi conditione, aut breui, aut lonæua, ipsos summos Pontifices à cæteris honinibus non differre. Et si forte (vt plurimū) iutius eos in Pontificatu viuere non cerамus, id non ex natura, aut infœlicitate

ftatus, siue dignitatis apostolicæ, sed aliunde veluti in cæteris mortalibus contingere. Deducemus igitur primo luce clarius aliunde Romanos Pontifices, & ex alijs potiorib⁹ & notioribus causis, diutius non viuere. In sequenti uero capitulo, breui compendio rationes afferemus, quare summo Pontificatui non insit vniformiter, vt illum assequentes parum viuant. Primo igitur putamus facti præsuppositum veritate carere; quinimo si summorum Pontificum annualia, si illorum assumptionum tempora, si ætates animo recensemus, vtique reperiemus eosdem Pontifices non modò breuiori, sed longiori tempore cæteris fidelibus vixisse. Quippe cum, vt plurimum, non nisi senes ac maturæ ætatis viri, sed & valetudinarij, ad summum eliguntur Pontificatum. quid mirum si parum in papatu sedeant, qui diu ante illum vixerunt? Nihilominus plurimos in senectute assumptos legimus diu sedisse. Linus enim. xij. annos vixit in papatu. Cletus totidem. Leo quartus licet senex. xv. annos. Fabianus. xviij. Paschalis & Damasus, Virgilius, Innocētius, atque Liberius totidem. Leo quartus licet longæuus ætate & valitudinarius foret, cum cathedram ascendit. xx. tamen annos præfuit. Alexander. xxj. Beatus vero Syluester. xxiij. annos sedit. Rursus Adrianus xxiiij. vno minus mense præsedit. Leo vero primus. xxv. fœliciter p̄fuit annos, sub quo duo œcumenica apud Chalcedoniam fuerunt congregata concilia. Quid igitur sibi vult illorum insulta positio, qui cunctis in cathedra Petri sedentibus vitam adimunt; cum tamen vnius hominis ad omnes proportione habita plus cæteris viuere comprobentur: nisi velimus eos solum qui Petri Cathedram tenēt, longiore vita præ cæteris viuere? Aut forte velimus illos tunc naturaliter nasci, tunc viuere incipere, cum assumuntur? Aut for-

tè conqueramur (exempli gratia) Calixtum secundum post. lxxx. assumptum annum præ maturæ raptum, quia quadriennio ferè tantum præsedit, quibus illud Nicodemi in euangelio facetè, simul & verè dici potest, quomodo enim homo potest renasci, cum sit senex, aut quomodo viuere incipiet is, cui naturaliter viuere desinendum esset? Satis igitur, vt putamus, viuunt summi Pontifices, si rectè viuunt longæuè præsident, si diu se viuere & præesse arbitrantur. Sed, nisi fallimur, ideo nonnulli summi Pontifices mori præmaturè arbitrantur, quia citius quàm vellent, sed fortè tardius quam debēt, moriuntur. Mira certè res est. Volunt summi Pontifices præceptum à Deo esse, vt viuant: sed nolunt quidam viuere, vt præceptum est. Rectè igitur cum eis agit diuina prouidētia, qui in eorum vitæ cupiditatis pœnam, tantò celerius rapiuntur, quantò (vt prædiximus) vitam cupiunt atq; custodiunt: quia vt inquit Gregorius male viuunt, qui diu victuros se desiderant. Et Socrates dicebat, viuere non meretur, cui nihil est in mente nisi vt viuat: de quo tangemus infra in capitulo septimo. Si igitur rectè, si verè atque catholicè in ea re loquendum est, indubie fatendum erit breuitatem aut longitudinem vitæ Pontificis, sicut & cuiusuis alterius ex illius persona aut propria natura pendere, non quidem ex statu, sed ex reatu, non ex pontificatu, sed ex actu, nec ex dignitate, sed vitæ qualitate, nec ex culminis excellentia, sed quietis animi indigentia. Ioan. 3. a

Et, vt paucis agamus, tres arbitramur potissimas atq; vrgentissimas breuitatis vitę quorundam Pontificum causas rationesq; cōmunes omnibus non plus summorum Pontificū quàm infimorum hominum. Quarum prima est natura disconueniens, secunda culpa puniens, tertia curarum turba vitam minuens.

Prima ſiquidē cauſa naturalis eſt diſconue nientia. Cum enim ſummus pontifex, veluti cæteri homines, ex quatuor ſit elementis com pactus, natura in eis vim ſuam, æquo exercet vibramine niſi forte ſummi pontifices contendant à natura, ipſa exemptos; idque ipſi ſummopere optarent, vt corporis dolores, & cruciatus vitarent. Conſtat autem longioris & breuioris vitæ cauſam naturalē fore. Nam (Augu. teſte) & ſi in manu Dei ſit omnis vita & mors ipſe tamen naturę plaſmator ſic cun cta gubernat & regit, vt naturam motus ſuos naturales exercere ſinat. Cauſa igitur naturalis, longioris aut breuioris vitę hominis, ſecundum quorundam philoſophorum ſententiam, ſpiritus, ſiue aer eſt, eo quòd illum videamus inſtrumentum eſſe virtutis operatiuum; & vitæ inductiuum. quare ſecundum ſpi ritus proportionem, ſic proportionatur & vita quandoquidem paucus exiſtit, tunc debilitate vitam abbreuiet, ſicut in melancholicis quando vero multus, eo caſu exſufflando, calorem extinguit, veluti ventum videmus extinguere lampadem. Cum autem groſ ſus erit, vtique virtutū vitalium operationes impedit, ſicut & quando nimis exilis, tunc enim de facili ſpirat, quo fit, vt mortem abbreuiet, & inducat.

Ariſtotelis vero & aliorum philoſophantium ſcholæ indubitata concluſio eſt, calidū & humidum, principia & cauſas fore longio ris & breuioris vitæ hominum. quanto enim tempore calidum in humido non conſumpto, aut non deprauato, valet ſubſiſtere; & quanto tempore humidum reduci poteſt, atque à calido conuerti, tanto tempore indubitantur vita cuiuſuis mortalis durat. Quæ ſiquidem menſura circa tria potiſſime attenditur, videlicet, circa quantitatem, item qualitatem ipſius calidi & humidi, tertio ſecundum qualitatem membrorum atque vaſorū,

in quibus operatur, prout latius in libro de morte & vita philosophus tradit. Quãdo igitur in humano corpore adest illa discõueniẽtia, aut contingit caliditatis & siccitatis excessus ipso humido radicali aut consumpto, aut deprauato; necesse est, vt vita hominis abbreuietur. Contingit autem varijs ex causis excessus ipse, siue humoris deprauatio, secundum naturalium & medicorum traditiones. Id tamen facilius in principibus conspicimus, qui putant se ita esse dominos stomachorum & ventrum suorum, sicut & omnium subditorũ.

Quotidie siquidem preciosis, atque splendidis, sapidisque cibis, varijsque modis præparatis, passim vescuntur, vinorumque varietate potantur. Et quia maiore quantitate sumitur, quod auidius & sapidius deuoratur, neccesse est ex multorum diuersorum ciborũ varietate grauetur stomachus. Quo fit, vt addendo edendi appetitus amittatur, generenturque ventositates, inflationes in ventre, tremores in membris, ac febres, & tandem præmatura mors accidat. Hinc Aristoteles de secretis secretorum ad Alexandrum: nihil est, inquit, quod magis vitam prolonget, quàm cauere à supefluitate ciborum. Nec est quod magis abbreuiet, quàm cõmestionem commestioni superaddere. Hippocrates .n. adeo dietas seruabat, vt debilitatem corporis ex industria sustineret, malens debilis viuere, quã robustus & pinguis mori. Dicebat enim quia malebat comedere, vt uiueret, quàm viuere vt comederet. Addens, quia alimenta hominibus natura dedit, propter durabilitatem, non durabilitatem propter cibum. Hinc sapiens Salomon ait: æqua vita hominibus in sobrietate, & qui abstinens est, adijciet & vitam. Falsò igitur culpa personæ, dignitati attribuitur. indignè summi pontificatus dignitas, propter ventris ingluuiẽ diffamatur. Sed rectus est Deus, & rectum iudicium suum: Eccl. 31.d

pœna certè tenet auctores suos: quia scriptū est: anima, id est, vita, quæ peccauerit, ipsa
Psal. 118. morietur. & consonum rationi est, vt qui peccat in vitam propriam, in ea puniatur. Ridiculum ergo videtur asserere, mortales & naturales homines, determinatum quendam statum, aut dignitatis culmen assequentes à legibus naturæ exemptos fore: & præsertim summi Dei vicarium hominem purum, & naturæ subditum, qui quanto Deo proximior existit, tantò legibus naturæ (vt legibus patroni sui) astringitur. Natura enim lex Dei est, qua eius vicarius ligatur.

Secundam & principalem causam breuitatis vitæ summorum Pontificum, sicut & cæterorum hominum, culpam peruenientem diximus. Nihil enim magis vitam hominum abbreuiat, quam peccatum: idq; plurimis diuinis testimonijs comprobatur, quod in eisdē Romanis Pontificibus facilè reperiri libet. Nam ad quendam ex summis & veteribus sacerdotibus, qui typum pro eo tempore summorum Pontificum gerebat, Deum per prophetam dixisse legimus: præcepta mea, cor tuum custodiant, longitudinem enim dierū, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Demum in expresso alibi, summo Pontifici longā à Deo vita promissa est. Siquidem alius propheta, summum sacerdotem designans, super aspidem, inquit, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconē; & statim subijcit, eripiam eum, & glorificabo eum, ac longitudine dierū replebo eū. Nec ab re quidem, cum enim scriptum sit, quia opus iustitiæ vita est, meritò sancti, iustique Pontifices longa perfruuntur vita. Vnde alibi scri-
Eccl. 3. b. bitur, si in lege mea ambulaueris, longos faciam dies tuos. Et iterum, quærite Deum
Amo. 5. a & viuetis. Iniusti vero & reprobi è vestigio vita priuantur, quia ad omnes illa vox dicta est: viri iniqui non dimidiabunt dies suos.

Et rursum, iniusti mox sicut honorificati fue
int : & exaltati deficient. Et alibi, vidi im-
pium exaltatum & eleuatum sicut cedrum, &
ransiui & ecce non erat. Quæ siquidem au- Psal. 36. d
oritas proprie summum pontificem signat,
um dicit exaltatum sicut cedrum, quæ cun-
tas plantas eminentia & altitudine vincit.
Talibus certe comminatur propheta dicens.
iant dies eius pauci, & episcopatum eius
ccipiat alter. Vnde vita hominis, pulchre
ugu. inquit, media est inter vitam peccan-
um hominum, & innocentium & angelorũ.
i viuit homo secundum carnem peccatori-
us comparatur, qui non dimidiabunt dies
uos. Si viuit secundum spiritum, per diu-
rnam vitam angelis comparatur. Sed di-
et quispiam plerunq; reprobi & iniusti diu-
us, boni vero parcius viuunt. Quod & fa-
or, & antiqua querela est à prophetis & san
is viris, Deo soli reseruata: quantum tamen
sa diuina prouidentia sanctis suis intellige
, nosseq; permisit, illud vtrisq; conuenit. Il-
s, ne amplius peccent, istis, quia id sibi expe
t. Non.n.eis mors ipsa pœna est, sed reme-
um, vt molestiæ & mundi miseriæ, quæ eos
remunt, & aliàs vinci nõ poterant, vitę suæ
enitate vincantur secundum Ambro. Vnde
eneca. quæ videtur intépestiua mors, iustis
t completa vita : quia miseriarum finis est.
uare subdit: rudis satis videtur tyrannus, cũ
otius à pœna liberat, quem punire se credit.
apiuntur igitur boni Pontifices, vt requie-
ant à laboribus suis : & ne malitia mutet in
llectum illorum. Adde, quia secundum Gre
orium Papam de se loquentem: quosdã ma
s delectet pergere, quam manere: magis ci-
us præueniri, quam morari : nedum oble-
entur in via, obliuiscantur quod desiderãt
patria. Etiterum idem Gregor. aliquando
creto iudicio agitur, vt electorum vita
breuietur, ne viam pro patria diligamus.

Vt igitur paucis agamus, tunc summi Pontifices summi erunt, tunc fœlices, tunc vere beati, tunc gloriam, tunc famam dilatant, tunc nomen perpetuant, tunc longos & incolumes videbunt dies, si ecclesiæ, cui præsunt, promouent honorem, si fidem, quàm exaltare professi sunt, augere conantur: si religionis dilatant cultum; si mores emendant, si superbos humiliant, si exaltant humiles, si sunt munifici in egenos, si in copiosos frugaliores, si sapientiam, si virtutes, præmio, si vitia æqua pœnarum lance compensant, si iustitia vsquequaque ambulat ante eos, & imponunt in via prudentiæ cunctos gressus suos, si tyrannidē viriliter reprimant, si ad pacem orbis inuigilant, si ab omnibus extremis æquo spacio discedunt, si cessat in eis prodigalitas, abest omnis auaritia: quia illa ecclesiam vastat, hęc gloriam metiri veritatis nō potest. Scriptum est, qui odit auaritiam, longe fient dies eius.

Pro.28.e

Tertiam causam breuitatis vitæ summorū Pontificum, non quidem ipsum Pontificatū dixerim, sed vrgentium atque prementium turbam curarum, ac assiduam mentis agitationem, quia scriptum est: tristis spiritus exsiccat ossa. Et iterum deprimit terrena inhabitatio sensuum multa cogitantem. Hinc Augustinus, super illo verbo Iacobi quarto (vita nostra vapor est admodum patens) ait: curæ & assiduæ cogitationes corpus extenuant, & mentis fatigationes rerum inextricabilesque quæstiones, humores omnium membrorum exsiccant, frequentia hominum morbidat, tristitiæ consumunt, negotiorumq; sollicitudo coartat. Hinc & Cassiodorus; nihil est quòd vitæ hominis magis officiat, & dies eius abbreuiet; quàm tristitia mentis, lāguor animi, & rerum sollicitudo multarum. Nam sicut, teste sapiente, lætus animus floridam reddit faciem, & sicut iucunditas cordis, vita est consumata hominis; ita anxius &

curis fatigatus animus corpus macerat, & vires minuit, humidum consumit, caliditatem auget vnà cum siccitate. Ex qua re appetitus perditur, & tandem mors accelera- tur, vt pauloante in prima naturali causa deduximus.

Has igitur putamus causas verissimas, has rationes, hæc fundamenta breuitatis vitæ summorum Pontificum, non quidem ipsius culminis statum & eminentiam, quæ sancta est, & in nullo peccauit, sed qui ea abutitur.

CAP. VI. IN QVO ASSIGNANtur causæ, & rationes, quare illorum opinio non sit tenenda, qui putarunt summis Pontificibus bonis, & reprobis, vniformiter insitum & proprium esse, vt in Pontificatu paucum viuant.

CAETERVM, vt huic articulo finem demus, ne de illorum simus numero, qui ab alijs maturè tradita, leuiter refellunt, nec causas reddunt, breui rationes & motiua adducemus, quibus apertissimè probatur opinionem non esse ferendam, nec recta fide tenendam, videlicet, summis Pontificibus vniformiter insitum esse, vt paucum in pontificatu viuant.

Primò igitur idipsum probant ea quæ supra tetigimus. Secundò quidem, quia facti veritas longe aliter rem demonstrat. Tertiò ea vitæ breuitas, quatenus nostram tenet notitiam, in nulla alia totius orbis Monarchia, Imperio, aut Principatu ecclesiastico, aut mũdano reperitur. quinimò si veteris legis summos Pontifices, Reges, siue Monarchas recensere libet; non eos tali lege, taliq; censura cõstrictos reperiemus, veluti de Melchisedech, Moyse, Aaron, Heli, Heleazaro, & plurimis, qui longo admodum tempore in summo sa-

cerdotio vixerunt, vt præcedenti capitulo tactum est. Quartò, quia, nisi fallimur, qui vitæ breuis necessitatem summis Pontificibus imponunt, Deum arguunt acceptorem personarum. Nam omnium hominum, vt scriptum est, vita est in voluntate Dei, in quo omnes viuimus, mouemur, & sumus; & ita iudicat magnum sicut paruum, quia scriptum est, pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est Deo de omnibus: quinimò de hominis vita loquens propheta ait; non accipit personam principis. Et iterum non subtrahit personam cuiusquam Dominus, qui est omniũ dominator. Subtraheret itaq; personam, si præmaturæ vitæ eius præsidentem, citius q̃ alios vita priuaret, atq; à terra subtraheret. Quintò, non est verisimile, sed à veritate alienum, Deum, cuius est cura de ecclesia sua, de qua per prophetam dixerat, quid potui facere vineæ meæ, & non feci? velle quouis modo parare occasionem schismatibus & periculis, atque eam dissidijs & diuisionibus patenter exponere: quod esset, si lege æterna, & vniformiter ordinasset vicarios eius in terris, præ cæteris hominibus parum victuros. Ex crebris enim huius sedis vacationibus schismata pleraque pericula ecclesiæ imminere, & sæpe accidere perspicuum est. Absit enim à diuina bonitate, vt hoc fastigium apostolicę sedis ab eo pro communi ecclesię vtilitate, eiusque vnitate institutum, in eis dissidiũ, periculũ, & detrimentum conuerteret, & ex eo statu necessario schismata proueniunt, & in quo sedentes necessario breui viuendum est. Nam, vt ait Hierony. in remedium schismatis actũ est, vt vnus omnibus præsit. Et ob eam rem, sanctorum virorum traditiones, & sacri canones, vacationes huius sedis, & obitus summorum Pontificum plurimum formidarunt. Sextò, absit quod ecclesia Dei in traditionibus, & consuetudinibus suis quouismodo

erret, quæ spiritusancto regitur. Ipsa tamen
per totum mundum diffusa, sine intermissio-
ne pro vita & incolumitate Romani Pontifi
cis ad Deum assiduè orat. Nam vt pulchrè cō
tinet canō sancti Bonifacij martyris, pro Ro
mani Pontificis uita atq; perpetuo statu uni-
uersitas fidelium tanto instantius orat; quan
to suam salutem post Deum ex illius incolu-
mitate animaduertit propensius pendere: hæc
sunt verba canonis. Ecce formalia, quæ om-
nem dubitationem tollunt, erraret vtique ec-
clesia, & improuidè ageret, atque Deo contra
diceret orando, pro illius longa vita & inco-
lumitate, qui ex diuina dispositione, quę eum
voluit, & præsciuit parum viuere, & sic neces-
sariò breui moriturus est. Septimò, ex ea bre
ui & certa necessitate moriēdi, aufertur sum-
mo Pontifici magna vtilitas, sed & grande
meritum, ꝙ ex incertitudine tēporis mortis
sanctis fidelibus prouenit. Nā, vt inquit, Gre
go. super illo verbo, qua hora non putabis et
cætera, tempus mortis ideo Dominus voluit
nobis esse ignotum, vt semper possit esse su-
spectum: & dum illud tempus præuidere non
possumus, ad mortem sine intermissione præ
paremur. Si ergo Papa parum se viuere sci-
ret, per consequens mortem pręuidere posset:
ideò fieret, vt frustraretur tanto bono videli-
cet timore mortis quia secundum Greg. tan-
to plus mors timetur, quanto minus præui-
deri potest. Præterea cū Papa sit in statu om-
nium perfectissimo, indignum est, vt prop
ter eandem perfectionē alio proximo bono
priuetur, videlicet, grandi merito, quod ex
longa vita iustis prouenit. Quātò enim iustis
viris magnis prolongatur vita corporalis,
tantò fœlicior redditur in effectu præmij la-
borantis. Nam teste Aug. hæc vallis miseriæ, fit
eis vallis vbertatis bonorum spiritualium.
Est etiam campus certaminis & pugnæ victo-
riosæ. Est enim vita nostra secundum Ber.

locus lucratiuus. Ea de re Paulus longam vitam optauit simul & procurauit, cum submissus in sporta per murũ persecutoris insidias declinauit. Denique ipse Christus dulcissimæ matri suæ post eius passionem longam vitam promisit & donauit. Sed & Iohanni euangelistæ, quem Christus plurimum diligebat, & ad apostolatum vocauit, non tamen sine suo & plurimorum profectu ad centesimum vsque annum vno minus vitam prolongauit. quod ergo Christus dilectis suis promisit, donauit, & laudauit, idipsum vicario suo negare non debet, pro illius ampliori merito, & ecclesiæ suę vtilitate. Octauò, hæc pontificis mors, quàm præmaturam dicunt, aut est in illius pœnam, aut in præmium, aut est proprium cathedræ, non quippe in pœnam, quia nullus sine culpa punitur. Scriptum est enim absit à te domine, vt perdas iustum cũ impio. Iustus ergo & rectus Pontifex, si parum in Pontificatu viueret, puniretur sine culpa, quod est inconueniens. Sed & alia ratione hæc breuitas vitæ, nec in pœnam, nec in pręmium esse potest, quia ex eo quod necessario futurum est, quia quod quis vitare non valet, non consequitur, nec pœnam nec premium secundum Augu. Si verò sedi annexum est, tunc sequatur absurdum necesse est, vt videlicet aliunde quàm ex voluntate propria quis mereatur aut demereatur, consequatur pœnam aut pręmium. Adde quia Christus Romanam ecclesiam instituit duraturam vsque in finem seculi. Indignum itaq; videtur, vt in sede perpetua sedens breuius viueret, quàm in cęteris prophanis & tēporalibus cathedris sedentes. imo congruum esset, vt longioris essent vitæ & quod eis à natura prouenit, Deus (cuius est vicarius) non auferat. Inconueniens enim videtur, vt præsidens in sanctissima cathedra diminutionem vitæ suscipiat à cathedra, quã bene viuendo honorat, & in ea viuens fideli-

bus proficit. Sed neq; est largitati diuinæ cõsentaneum, vt abbreuiata sit manus eius in vicario & ministro suo. De quo, vt supra retigimus, per prophetam promissum est, quia si in præceptis suis ambularet, eriperet eum, & glorificaret eum, & longitudine dierum impleret illum. Confirmantur prædicta: quia si Pontificatus esset proprium parum viuere, Papa (dei vicarius & minister) esset peioris & durioris cõditionis, quàm cæteri homines, & hoc in duobus. Primò, cum cæteris, imò omnibus hominibus à Deo dictum sit; ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortẽ, bonũ & malum, si vniformiter breuis esset mors Papæ, auferretur ei illud beneficium & istud bonum, vt sit ante faciem eius vita & mors. Secundò, cũ Deus in dicta authoritate appellet vitam bonum, & mortem malum, tunc ea sola ratione, quia eius est vicarius & minister, reciperet ab eo odia & mala, cum potius bona sumere deberet, quia scriptum est: qui ei ministrat, vita viuet. Et iterum, ministros eius non derelinquet. Absit enim vt Deus reddat pro bono malum. Psal. 90. d

CAP. VII. IN QVO RESPONDETUR motiuis illorum qui dixerunt, Papam parum viuere in papatu, & quo sensũ sit intelligenda prædicta opinio, & quomodo cum veritate possit saluari.

Postremò vt de statu Romani Põtificis nos absoluamus, quamquàm ex supradictis luculenter responsum sit rationibus & motiuis in principio adductis, quibus aliqui sapientes & contemplatiui persuadere potius quàm probare visi sunt. Romanis Pontificibus vniformiter datum esse vt parũ in papatu viuant, nihilominus particularius satisfaciemus prædictis rationibus. Deinde vt morem prædictis sapientibus geramus,

qui positionem huiusmodi affirmarunt, deducemus breuisſimè quo intellectu, quo sensu eadẽ positio intelligenda sit, videlicet Romanos Pontifices non diu in papatu viuere. Primò igitur dicimus rationes, persuasiones, & motiua prædictorum scribentiũ ad vnum tantũ fundamentum referri. Aiunt enim vtile esse fidelibus, Rumanorũ Pontificum breuem habere vitam: pro eo maxime, quia illius breuis periodus, cæteris fidelibus terror est, vt sese ad mortem parent, agantque de commissis pœnitentiam. Rursus vt dignitatum culmina facilius contemnant, quæ omnia vnico verbo soluuntur. Dicimus enim, quia hac vtilitate ex tali verisimili timore prouenienti non eget ecclesia; præsertim cum illius expresso dispendio, & vnitatis incommodo, ac capitis nostri crebra periculosaque subtractione, longe siquidem magis terroris atque timoris mortalibus ex multorum, quàm vnius interitu incutitur. Plusq; mœroris & plurimorum florentium iuuenum pręmatura morte concipimus, quàm ex senis vnius naturali morte, maximis curis & solicitudinibus constipati, ad contenptum verò dignitatum, alia nobis sunt tradita efficaciora documenta. Adde quia illarum natura potius quàm possidentium mors ad eorum contemptum inducere videtur. Cuius illa, teste Boetio, contẽnendi summa ratio est, quia rectè separanda est dignitas, quã maligni plerunque assequuntur, & quamplurima pericula committantur. Cæteræ vero rationes, persuasiones verius sunt, quæ contrarijs & potioribus persuasionibus tolluntur.

Accedamus ad secundum, quod polliciti sumus, videlicet, discutere, & declarare quo sensu intelligenda sit prædicta conclusio eorum, qui dixerunt Romanos Pontifices vniformiter parum viuere in papatu. Dicimus igitur, quod multipliciter prædicta positio

ad verum ſenſum reduci poſſet. Pro quorum intelligentia inferimus breuisſimas duas conclusiones. Prima eſt, quod Roma. Pontifex rectè & piè pręſidens, licet paucis annis poſt papatum in mundo fuerit, longo tamen tempore viuit: cuius ratio eſt, quia totum tempus ſui Pontificatus ſibi lucratus eſt, fuitque ſibi idem tempus viuum. Secunda concluſio eſt, quòd ſi Romanus Pontifex non rectè nec piè in papatu vixerit, licet centum annis in eodem Pontificatu fuerit; tamen non diu imo breuisſimo tempore cenſendus eſt præſidere. Cuius ratio eſt, quia reſiduum, imò totum ſui Pontificatus mortuum eſt. Vixit ergo mundo longo tempore, ſed Deo, ſed fidelibus; ſed ſibi breuisſimo reſpectu fructuoſæ pręſidentiæ. Eſt ergo intelligenda poſitio prædictorum ſcribentium ſecundum hãc vltimam concluſionem, videlicet, quia veriſſimum eſt quòd Roma. Pontifex non piè nec rectè, ſed inutiliter præſidẽs quantocũq; tempore in papatu fuerit, parum tamen in effectu viuit. Nam primò ſibi modicum vixit, cum totã pene vitam inutilibus occupationibus perdidit: parum etiã Deo vixit, quo ad ſpiritualem fructum. Probandus igitur, ac roborandus eſt huiuſmodi articulus. Primò igitur dicimus, quod Rom. põtifex licet longisſimo tempore in papatu prefuerit, ſi tamẽ plurimis occupatiõibus inutilibus, & curis, & ſollicitudinibus terrenis detẽtus ſit, parũ viuere dicendus ſit. Pro cuius declaratione præſupponimus, quia ſecundum noſtrum Senecam non accedimus breuem vitã, ſed fecimus, nec inopes eius ſumus, ſed prodigi. Nã veluti amplæ & regiæ opes, ſi ad malũ dominum venerunt, in momẽto disſipantur; ſi vero licet paucæ, bono cuſtodi traditæ ſunt, vſu creſcunt, ita ætas noſtra bene diſponenti longa eſt; imò, ſi ea vti ſcimus, longisſima eſt. ſi verò neſcimus, breuem vitam fecimus.

Papa igitur si inutiliter, & reprehensibiliter in papatu viuit, parum viuit. Nam vt aiunt iuristæ, nihil & inutile æquiparantur, & præsidere non dicitur, qui inutiliter præsidet. Ait enim scriptura, quia conquerebatur sanctus Iob, quarè impij diu viuunt; sed statim subijcit; veruntamen non sunt in manu eius bona illius, & numerus dierum illius dimidiatur: quasi dixerit, non repugnat quòd diu viuant, & modicum viuant. Nam non diu viuunt, qui diu in sua impietate viuunt. quia scriptũ est, abominatio est Deo vita impij. Itaque quo ad Deum & effectualiter, paruo tempore viuit. Et hoc est quod sub paucis, sed elegantibus, verbis refert sapiens Salomon. Ait enim si quid impiorum longæ vitæ fuerit, in nihilum computabitur. Ex quo patet quod vita eius, licet longa, breuissima reputatur. quod idem sapiens confirmat, ait enim, ætas senectutis vita immaculata: quia vita longa, quæ per senectutem designatur, proprie est vita immaculata. Ex quo sequitur, ꝙ non viuere, aut parum viuere censetur, qui inutiliter aut maculatè viuit. Cæterum parum viuit Papa, qui terrenis occupationibus transigit tẽpus. Si enim Papa ad memoriam reducit, quantum vitę sibi auferunt lites inutiles, causarũ strepitus, quantum illa officiosa omnium rerum, quę in orbe sunt, notitia; quantum morbi, quos manu sibi facit, videbit quòd paucissimos annos sibi habuit, & parum ac breuiter vsus seipso fuit. Quomodo enim longo tempore viuit, qui non sapientię non laudatis studijs, nõ paci, nõ quieti christiani populi vacat; cum scriptum sit, eruditio & sapientia veram vitam tribuit? Non ergo diu viuit, cui districtus animus est, qui nihil speculatiuum, nihil intellectuale recipit; sed qcquid admittit, actiuum & terrenũ est, oĩa velut inculcata conspicit, quinimò, vt quidẽ sapiens ait, viro occupatissimo nihil minus est quàm uiuere.

Iob.21.a

Sap. 3. d

Eccl.7. b

Si uerò

Si verò Papa nihil ex suo tempore inutiliter labit, permittit, sibique vacat, eius vita longissima est, licet paucis sit annis computata. Itaque vt putamus, hic est sensus illius elongatissimæ Salo. sententiæ. senectus, inquit, venerabilis est, non diuturna nec numero annorum computata. Ecce, inquit, senectus venerabilis est, nō diuturna diu viuendo; sed sibi vacando; non diuturna plurimis annis, sed actionibus sanis; nec numero annorum computata; sed virtute & ocio adornata Itaque longissimo tempore viuit, qui breui tempore, tamen sibi vacans, viuit: quia quantumcunque viuit, id sibi totum tribuit. Romano vero Pontifici, qui populorū curis angitur, necesse est tempus deficere, quia illius vitam populus tollit & eripit: quo fit, vt parū ille viuere censendus sit, quia nullum aut modicum tempus in suos vsus conuertit. Et hoc est quod idem Seneca dicit, quia decipitur, qui propter canos & rugas in fronte putat diu vixisse. Non enim nauigasse putandum est, quem sæua tempestas à portu huc atque illuc tulit, totumque orbem egit: de quo dicere verum est, quia ille non multum fuit peregrinatus, sed plurimum iactatus. Itaque cum Pomano pontifici non desunt, vt dictum est, infœlices, & miseræ sollicitudinis causæ, adeo vt per tot occupationes, non solum vita non geratur, sed occupetur ad negociandum, meritò tam inutilibus occupationibus pressus, breuissimo tempore viuit: quia qui omne tempus perdidit, paruissimo tempore viuit. Adde quia omne tempus aut fuit, aut est, aut futurum est. Papa enim si piè non regit, si terrenis occupationibus deditus, nec spiritualibus intentus sit, non vocat respicere præterita, & si vacat, molesta est recordatio. Quomodo.n. iucundè recordabitur, si ambitiose concupiuit? si superbe præfuit? si arroganter cæteros contempsit, si auarè congre-

Sap.4. b.

gauit, prodigè effudit; necesse est vt harum rerum memoriam teneat. Nam omnis ætas aut præteritorum obliuiscitur, aut illorum cum molestia rocordatur. Constat tamen quia præteritum certior est pars nostri temporis, præsens vero tempus perbreue est, ante desinit, quàm incipiat; solum tamen hoc tempus Papa habet, quod tam breue est, vt teneri non possit, futurum vero dubium est. Quo fit; vt Romano Pontifici omne tempus perbreue sit. Nam præsens tempus propter sui breuitatem, aut non sentit, aut negligit, futura timet, præterita cruciant, sic omne tempus breue est. Rursus alio sensu Papa nō diu viuit, quia parum viuit. qui assiduo timore mortis astringitur. Facit enim ipse timor Romanum Pontificem vitam perdere, quod est non viuere: quia iuxta catonem, qui metuit mortem, quod viuit perdit idipsum.

1.Co.4.a Non sic apostolus Paulus timebat mortem, sed plerunque optabat. Ille enim quia piè & iustè præfuit, quia nihil sibi conscius erat, intrepidè dicebat, cupio dissolui, & esse cum christo: mori non timebat mundo, qui optabat Christo viuere, sed & alibi vitam pœnā putabat, & mori lucrum. Ad hunc sensum dicebat sapiens, quia iustus cito perit, impius autem multo viuit tempore in malitia sua.

Iustus inquam cito moritur, quia quanquā paucis diebus in seculo manserit, multo præmiorum cumulo floruit. Itaque quo ad numerum dierum breuis eius fuit vita, sed quo ad fructū & meritum, longissima. Nam, vt inquit Ciprianus, iustus magis lætatur quòd breuem, sed bonam, vitam egerit, quā quòd longam non viderit. Impius verò longo tempore viuit in malitia sua; quia licet multis annis in seculo vitam egerit, paruum tamen fructum peregit: qua de re in effectu breuissimo tempore viuere iudicandus est. Vel alio modo impius longo tempore viuit,

quia cum cogitationes suas in longum ordinat, diesque sibi multos promittit meditatione & disiderio suo longo tempore viuit. Vel alio modo, impius longo viuit tempore, id est, toto vitæ suæ tempore viuit in malitia sua. Totum enim tempus vitæ alicuius, licet breue sit, multum dicitur sibi veluti alias dicitur, quòd multum dat qui totum dat. Nec intelligenda verba sunt vt sonant, quod impius longo annorum tempore viuat, ne contradicat prophetę sententiæ, qui ait, viri impij non dimidiabunt dies suos. Denique alio sensu, Papa non diu viuit, quia qui diu viuere cupit, diu viuere non videtur. Vnde Chrysostomus maximum vitæ impedimentum est viuendi cupiditas. Et Ciprianus: illius est in mundo remanere velle, quem mundus oblectat. Et vt supra diximus cum Gregorio, male viuunt, qui diu se victuros desiderant. Desideranti enim diu viuere, omnis ætas breuis videtur, quippe qui nullam mortis diem videre vellet. Non sic vitam concupiuit rex & propheta Dauid, quia enim piè & iustè præfuit, non desiderabat diu viuere, quinimò dolebat, quòd incolatus sunt prolongatus esset. Cum ergo Romanus Pontifex piè regit, semper in eius meditatione mortem præstolatur, illamque exoptat: quare rectè parum viuit, quia parum vitam ęstimat. Non sic de impio, de quo ait sapiens o mors quàm amara est memoria tua, homini iniusto habenti pacē cū substantia sua? Et, vt paucis agamus, sancti prophetæ & q piè populis pręfuerunt, clamabunt desiderantes liberari de carcere mortis huius, & tanquam inuiti detinerentur, voluntariè moriebantur: quo fiebat, vt iuxta eorum desiderium, parū viuerent in seculo. Romani vero Pontifices econtrario mori timentes, clamant desiderantes viuere, quāquam plurimis annis viuant, cum tamen præter eorum mentem moriun

Psal. 54. d

Psa. 119. b

Eccl. 41. a

tur,non tanquam exeant de vita;sed tãquam extrahantur,clamãt parum vixisse, quia nun quam mori vellent. Fatemur tamen, quia si Papa ad fructum spiritualem,& ad lucrum animarum, ac fidei incrementa occupationes recipit,longissimè viuit,licet breuissimis diebus præfuerit. Idque aget, si, iuxta quendam sapientem,totius orbis rationes administrat, tam parcè quàm alienas, tam diligenter quã suas,tam religiose quam publicas.

Longe diffusius, quã putauimus egimus de Roma. Pontificis statu,illiusque sublimitate, & excellentia,necnõ de eius infœlicitate, pro speris, & aduersis,dulcibus,& amaris.

Superest,vt transeamus ad statum sequentẽ perfectum & excellentem,videlicet,dominorum Cardinaliũ. Deinde ad oẽs alios gradus & ordines ecclesiastici & spiritualis status.

CAPI. VIII. DE EXCELLENTIA & prærogatiua status & dignitatis Cardinalatus: & laudibus & præconijs eius.

CARDINALATVS siquidem dignitas excellentia, post summũ Pontificatum vltra omnes ecclesię dignitates supereminet, ac culmen,gloriam, & potentiã obtinet: quippe qui eodem summi Pontificij splendore corruscat. Quis enim radios splendidissimi Solis,ab eius lucis claritate, à gloriæ & laudis immensitate diuellere conabitur? Aut quis membra à corpore, ramos ab arbore separabit? Nisi forte quis dicat,quia plurimum inter hos & illos interest.Truncata siquidem altissima cedro, rami arescunt, ecclipsato Sole,radij densantur, mortificato corpore, membra motu frustrantur. Sed in Cardinalibus mystico corpore ecclesiæ eclipsato morte Pontificis illorum officium non decrescit, sed dignitas virescit; non confun-

ditur, sed magis diffunditur: quinimò in seipsis tota pene ecclesiæ autoritas refunditur. Dum tamen agit in humanis, illius & illorum tanquam capitis & membrorum vna est laus: quorum vna est virtus, vna excellentiæ gloria, eadem inseparabilis vnitas. Tanta est enim inter Romanum Pontificem, & Cardinales communio, tanta vnio, vt omnis summi Pontificatus excellentia, & culminis eminentia, illorum esse videatur, vt vnum corpus reputentur. nec modò vnio inter eos vnitissima consistit, quinimò, vt ita dixerim, eadem identitas: adeò, vt quod vel fauore vel odio illam sedem concernit, & cœtum Cardinalium veluti partes corporis sui, tangere cēsendum sit. Hinc sapientes voluerunt ex eaipsa identitate, Cardinales summo præsuli fidelitatem, aut obedientiam iuuare, vel præstare nō oportere, veluti nec à seipso quis fidelitatem requirit, cum inter petentem & dantem debeat esse distinctio. Ea igitur de re Romanus Pontifex in numero Cardinalium se connumerat, sicut imperatorem legimus in senatorum numero computari. Hi sunt præclara ecclesiæ luminaria & candelabra splendore lucis, & decore excellentiæ radiantia. de quibus scriptum est: quia luminaria cardinum dederunt lucē. Hi sunt de quibus Zacharias propheta ait: quia tanquam filij splendoris assistunt dominatori vniuersę terræ. Hi sunt bases & columnæ ecclesiæ sacrosanctæ, vtpotè qui suorum virtutibus meritorum vicarij Iesu Christi latera tenent, & illius amplissimi ōstij sunt firmissimi cardines, quibus totus voluitur orbis. Hi sunt sacerdotes Leuitici generis, qui excellentiore iure, quàm Leuitico, id est, diuina authoritate, in executione pontificalis officij Romani præsulis, & apostolici throni coadiutores existunt. Hi sunt, qui, vt nubes, volant per altitudinem status, & eminentiam dignitatis, & quasi

Zac. 4.

columbæ per puritatem, ad fenestras suas id est, ad sensuum corporalium coertionem. Hi sunt magni consiliarij summi Pontificis: quorum sapientia mundus regitur, qui ex obscuris aperta faciunt, ex paruis magna, ex partibus tota, qui in priuato publicum agunt: negocium, & plus vacando vtilitatis afferunt quàm alij actiones exercendo: veluti nauem gubernantes, licet, quieti sedeant in puppi, tamen multa maiora, & meliora agunt cæteris nauigantibus, & cuncta corporis membra mouentibus. Hi ex toto orbe terrarum, pauci ex multis, singulares ex omnibus assumuntur: atque à vulgaribus officijs educti, ad ipsius orbis regimen euehuntur, & in marcido corpore exercent mẽtis vires, eo sapientiæ, & prudentiæ magis apti negotijs, quo in exercitijs corporis minus possint. Hos gentilitas, præsignabat, quos protoflamines appellabat. Nam istorum typum gerentes magno honoris cumulo fungebantur. Et nedum actu, sed habitu & ornatu à cæteris reipublicæ ducibus differebant, quippe qui eorũ nomina aureis merito literis scripta erant, apud quos erat autoritas omnium gerẽdorum. Hi sunt principes nominati in orbe, principes leuitarum offerentes sacrificia. Hi sunt principes, qui congregati sunt cum Deo Abraham, Dei Vicario patre multarum gentium. Hi sub nostro Christo optimo Imperatore principes sunt constituti super omnem terram, non vtique in hac vel illa ciuitate siue prouincia, sed super omnem terram. Quæ res agit, vt nõ de episcopis principatus ipse intelligi debeat, qui determinatas habent prouincias. Si igitur vnius vrbis rectores in summa gloria habentur, quanto erit gloriosius, totius orbis principes fieri? Hi ad statum perfectum assumpti Christi vicario assistunt, in quo assistentiæ genere, Apostolorum typum repræsentant, atque assistendo sanctitatem

participant, quia scriptum est: quos elegit appropinquabunt ei, & sanctificatur in his qui sibi assistunt. Et veluti in cœlesti hierarchia cherubin atq; seraphin, cateraque cœlestium spirituum agmina, singulari quadam assistentiæ prærogatiua cæteris angelis missis excellentiora sunt. Nec aliter in ecclesiastica hierarchia cardinaliũ statum assistentium tenentes, cæteris episcopis, & ecclesiæ prælatis, qui missorum statum gerunt, dignitate & gradu meritò præcedunt. Cōgruunt enim atque dignum videtur, vt veluti Romana ecclesia prior digniorq; omnium existit, tanquam domina & magistra, sic & illius ministri singulari quadam prærogatiua honoris, & dignitatis excellentia ceteris præfulgeat. Hi certe à cardine nomen ducunt, quia veluti in materiali ostio templi, duplex esse cardinum genus, superius, videlicet, & inferius; sic in viuis cardinibus duplex consistit ministerium superius & inferius, spiritualiũ videlicet & temporalium sedula administratio. Vtrumque igitur in ijs cardinibus voluitur, quia vtrunq; ecclesiæ expedire agnoscitur, diuerso tamen calle. Alterum quidem, vt instrumentum admittitur, alterum, vt fructus quæritur. Deseruit ancilla dominę, & illam sequitur, & obsequitur. Per eosdem certe ostij cardines, domina intrat & serua, sed finito ancillæ ministerio, aut forte vt altera Hagar superbiente, eijcitur ancilla foras, & recumbit domina cum sponso, serua non expellitur dum ministrat, sed festinatur: quia seruit, ideo seruatur, quia decorat statum dominę, de qua scriptum est, cum ancillis gloriosior apparebo. Absit tamen vt filius ancillæ sit hæres cum filio liberæ dominæ. Diuersus est vtrisque finis modesta temporalium occupatio dum exteriora sine culpa sollicitat, durabiliora ornatioraque spiritualia facit. Sacra enim cum auro splendent, sordescunt sine

gemmis. Nec tamen ea temporalium cura, excellentiam aut status perfectionem in cardinalibus minuit, dum non sit affectanda pro libito, sed vtilis, sed officiosa pro mysterio, quinimò plerunq; perfectionem auget, dum per eadem temporalia proximorum saluti prouidetur. Paulus siquidem aliquando ad tempus contemplatione caruit, vt per extrinsecas actiones plurimorum prodesset vtilitatibus. Hi sunt alij seraphin, qui ardentes interpretantur, siue sustinentes, quia eorum assiduo obtuitu, & familiari conseruatione frequentibus obsequijs sponsi ecclesiæ ardentissime intendunt: & super eorum humeros non modo Roma. vrbis, sed orbis vniuersitas, & totius eius machinæ pondus insident: de quibus scriptum est, quia domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Hi sunt vigiles; hi custodes pro omniū salute: quia dormientibus nobis, ipsi peruigilant, quasi rationem pro nobis reddituri. Dum enim dormitare eos putamus, vigilant animo, hostium insidias, infidelium machinamenta, & persequentium ecclesiam fraudes explorant sagaciter. Hi anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, elidunt tendiculas, retiacula dissipant, iniqua impiorum consilia frustrantur. Hi tandem omnia tolerant, orantes pro populo & sancta ciuitate. Verùm quia ecclesia ciuitas est propter collectionem, spōsa propter dilectionem, grex propter pascua, Cardinales ecclesiæ rectè custodiæ & concordiæ inuigilant, quia ciuitas est, inuigilant pastui, quia grex est, inuigilant ornatui, quia sponsa est. De quibus propheta ait. Super muros tuos constitui custodes. Et iterum. Cardinales ostiorū domus domini interioris sancti sanctorum, & ostiorum domus templi ex auro erant purissimo. Ex his igitur apertissimè noscitur huius spiritualis status eminētia, sublimitas, & excellentia, illiusq; necessitas & sum

summa vtilitas. Colligitur denique quanta sit huius status fœlicitas & commoditas.

Superest tandem, vt illius calamitates & miserias, infœlicitates, atque pericula, breuissimè audiamus.

CAP. IX. DE PLVRIBVS ANXIETATIBUS & aculeis, laboribus, & periculis, status & dignitatis Cardinalatus, & de oneribus, quæ incumbunt huic dignitati.

FOELIX certe & totius prospe ritatis honoratior, atq; beatior esset cardinea dignitas, nisi plures longè miseriæ atque calamitates illam premerent, quàm fœlicitatis & dulcedinis cumulus demulceret. Quo fit, vt qui rectus, qui iustus, qui æquus huius rei censor extiterit, vtique reperiet statum illum multis calamitatibus, & amaritudinibus respersum esse: vt de eisipsis in hoc status culmine sedentibus August. dicere videatur, quia summis fœlicitatibus Deus amaritudines immiscet, vt alia quæratur fœlicitas, cuius dulcedo non est fallax. Fallax certe illius status sublimitas est, fallax gloria, si se falli permiserit, nisi illius dulcia vt amara consideret. Illa enim si mente reuoluerit, experietur vtiq;, quia potius grauat, quàm sublenet. plus premat, quàm præmiet. Cuius est proprium, teste Chrysostomo, vt sic suis applaudat, vt noceat, sic in via fortunatos demulceat, vt in fine perniciem operetur, ab initio siquidem propinat dulcia, vt cum inebriati fuerint, letale virus commisceat. In primis itaque fatemur hunc statum cardineum sublimem fore, atq; gloriosum: si bene in eo voluitur orbis, si ita ecclesiæ status voluitur, ut non potius inuoluatur, si in eo iustitiæ rectitudo immobiliter voluitur, & constan-

ter fertur, vt cum expedit, volubiliter permaneat. Vnde Hieronymus qui eodem decore fulgebat, de se & illis dicere videtur, grandis est, inquit, dignitas, grande officium, si quæ illo digna sunt, perficimus. Et rursus, Lætamur de ascensu, sed non timemus lapsum. Et subdit. Non enim tanti est gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris dignitatis onera non impleuisse. Itaque, vt putamus, qui in hoc statu lætabundi sedent, lætari desinent, si illius sarcinas, si onera, si miserias recta mente pensauerint: idque, si quadam supina aut affectata ignorantia ignorare voluerint, in ea tempestate eos periclitari necesse est. Vt enim inquit Aug. æger eo morti propinquior est, quo à proprij morbi cognitione est remotior. Agnoscat ergo qui hoc culmē tenent, dignitatis naturam, quæ plerunque possessorum animos per abrupta elationis rapit. Et quia eo quisque extollitur, quo se supra alios videt, in superbiam & abusionem erigitur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse: præsumit se meliorem, quia se cernit superiorem; priores dedignatur amicos, notos ignorat, contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, grandia loquitur, cū exigua operetur, sublimia meditatur, subesse non patitur, qui præesse molitur. Vtinam ex consideratione veri dominij decresceret tu-
Psa.130.a mor suæ dominationis, vt dicere posset, nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus super me Rursus gloriari desinent, si pondus seruitutis, si molem solicitudinum, si turbam curarum, & anxietatum ad mentem adduxerint. De quibus ait Iob. Ecce gigantes gemunt sub aquis. Vbi Grego. quanto quis altior erigitur, tanto curis grauioribus oneratur. Et sequitur. Homo in sublimi positus, tantos supra se sustinet, quantos dignitate præcellit. Ideo gigantes in ecclesia potentes, videlicet cardines, recte gemunt sub

quis,id est,sub populis:quia scriptũ est:aquę
multæ,populi multi,sub quibus cõtremiscũt,
quia illorũ assidua cura grauantur, & illorũ
peccatis dãnantur.Deniq; non glorientur car
dines ipsi, qa sponso ecclesiæ assistunt, eiusq;
adiutores atq; cõsultores instituti sunt. Si.n.
ad mentis aciẽ reduxerint, quantis laboribus
plena sit ac ærũnis ea Rom.pontificis assisten
tia, ea consulendi atque iuuandi necessitudo,
quantisq; periculis referta sit illa desiderata
ad Papam proximitas, cithara gaudij verte-
tur in luctum.Quanto enim Lucifer fuit Deo
propinquior tanto grauius peccauit,atq; ruit
nimia plerunq; propinquitas nocet,nec ignis
lędit nisi approximantem. Cognoscant igi-
tur,quia assistentes sunt non insistentes, ne di
xerim obsistentes,coadiutores , non impedi-
tores,assistentes bono , resistentes malo : ap-
plaudentes bonis, impugnantes peruersos:vt
sit,de quibus scriptura ait , qui assistit assi-
stit,quasi Gyon in die vindemiæ. Gyon,con-
flictus vel lucta dicitur.In vindemia vero ma
li fructum rapiunt. Qui igitur summo Ponti
fici assistit , conflictũ aggreditur contra eos,
qui fidem & ecclesiam impugnant . Assistere
ergo quippe & resistere,iuuareq; omni tẽpo-
re sint cardines parati, non modò in prospe-
ris,sed aduersis:ne de illis Ro. Pont. rectè cõ
queratur:quia ei assistunt,non autẽ in oppor
tunitatibus,non in tribulatione.Cum autẽ tri
bulatio proxima est,nõ est qui adiuuet. De-
mum propinqui sint,vt cõsultent,nõ vt consu
mant,sicut scriptũ est:quos elegit appropin-
quabunt ei, nec, derelinquent eum. Vtinam
qui tã proximi sunt in dignitate, propinqui
sint in sanctitate,vt de eis Rom.Põtifex rectè
dicere possit, ꝙ in Leuiti. ad Leuitas dicebat
dominus sacerdos,sanctificabor(inquit)in his Psal. 21. c
qui appropinquãt mihi.Sed,proh dolor,ferẽ
est potius,ne nimia propinquitate ipsi dra
cones sint iuxta arcã domini; ne de illis dicat

ecclesiæ sponsus, aduersus me appropinqua-
Psal. 37. c uerunt. Videant rursus quia difficilima res
est tanto tribunali assistere; difficilius sic con
sulere, vt simul prosint & placeant; & longè
omnium difficilimum, vt in assistendo sit ani
mus, in consulendo liber, non odio affectui,
non passioni obnoxius. Nam, iuxta quendam
sapientem, apud magnum tribunal difficile
est sic consiliari, vt sit in verbo veritas, in cō
silio fides in commisso silentium. Ille siqui-
dem, teste Ambro. rectè consulit, qui vtiliter
assistit, qui seipsum formam & exemplum ex
hibet in doctrina, in grauitate, vt sit eius ser-
mo salubris, consilium vtile, vita honesta,
sententia decora. Denique quantum curæ,
quantum solicitudinis, quantumcunque mise
riæ, laboris, atq; periculi in ea assistentia ver
titur, illud apertè indicat, quia quicquid æ-
grum, quicquid marcidum, quicquid turbu-
lentum, aut inquietum in orbe erit, totum eis
curandū tribuitur. Quicquid deformationis,
aut morum corruptionis in mundo erit, sum
mo Pōtifici simul & Cardinalibus imputatur.
Si pestis, si fames, si in Deum & proximos fide
les peccauerint, si vitia excreuerint, eis impu-
tabitur, qui, vt scriptura ait, comedunt pecca
ta populorum. Nam iuxta Ambr. cum popu
lus indisciplinatus reperitur, signum est, quia
sacerdotium non est sanum. Vnde Grego. in
quadam homilia: vbi subiectus ex sua culpa
moritur, ibi is, qui præest, mortis causa inue-
nitur. Et, vt paucis agamus, tot sunt cardina-
lium miserię & calamitates, tot mētis cōscien
tię remorsiones, quot sunt præceptorū, & re-
rum eis incumbentium transgressiones. Quæ
omnia enumerare perquā difficile foret. Cę-
terum congruit gradui, congruit ordini Car
dinalium, expedit honori, conuenit oneri, &
periculo, vt considerent se cardines fore atq;
custodes ostiorum domus Dei, per quæ nemo
facile intrat, nisi per cardinum ministeria. At

eos igitur circũſpicere pertinet, quis ingredi
tur & egreditur. Conentur itaq;, vt intrent ha
bentes veſtes nuptiales, & qui digni reputen
tur, claudantq; indignis. Clauſa erat Ierico,
vbi poſiti erant principes vt viderent intran
tes & egredientes. Et in libris iudicum, cuſto
des vigilabant clauſis diligẽtiſsime oſtijs do
mus Dei. Sed caueant ne claudant oſtia his,
qui intrare deberent, percutientes eos qui fo
ris ſunt. Quos ſcriptura cõmemorat, qa clau
dunt oſtium cum intrinſecus fuerint. Rurſus
inuigilent cuſtodiæ cardines ipſi. Duo n. Si-
mones eis occurrent aſsiduè inuicem conten
dentes, quos nõ ęqua lance ampleсtantnr, al
terum ſequantur, alterum perſequãtur. Simo
né magum corrumpere nitentem expellant,
Simonem Petrum ei maledicentẽ admittant.
Simonem magum & filiam eius eijciant;
quia ad eoſdem cardines ſcriptura ait, claudi
te oſtia, ne ſinatis eam intrare. Et iterũ in li-
bris regum, eijce eam & claude oſtiũ. Vterq;
Simon negociatur, vt inter, ſed longe diſpari
ter Simon. Petrus iniqua domus Dei cõmer-
cia damnat, alter Simon admittit. Ille terre-
na vendit, vt cœleſtia aſſequatur: iſte ſpiritua
lia emit, vt temporalia adipiſcatur. Ille dum
gratis accipit, gratis dat: iſte in precio vẽdit,
quod precio emit. Simon magus ait, accipe
nummos, vt habeam gratiæ Dei largitionẽ, Actu. 8.d
Simon Petrus ait, pecunia tua tecũ ſit in per-
ditione. Ille nihil habens terreni, multum di
uini muneris elargitur, cum ait: quicquid ha-
beo tibi do. iſte plurima habens nihil dat vir
tutis, quia æſtimauit domum Dei poſſe pe-
cunia comparari. Intret denique Simon Pe-
trus, cuncta viſitet & operetur. Pellatur Si-
mon magus, qui vulnerat nec medetur. Ille
claudos ſanat, & ægrotãtes, iſte ſanos efficit
claudicantes. Ille curat aliorum oculos; iſte
implet ſuorum loculos. Ille intret qui ait,
ſurge & ambula. alter expellatur dicens, qui

venerit ad me non eijciam foras. Ille in nomine Iesu Nazareni suscitat mortuos, hic in nomine diaboli mortificat viuos. Demum expedit cardinalibus, iactantiam & ornatum exteriorem fugere. Non sicut de illorum numero, in quibus cernitur vestium cultus plurimus, virtutum autem nullus aut exiguus. Pompa enim vestium toleranda pro tempore, non affectanda pro libito. permittenda pro status decentia, dimittenda pro scandalo. Auaritiam vt scorpionem, cardines fugiant: quia de illis scribitur, percute
Amo. 9. a cardinem & commoueantur superliminaria: quia auaritia in capite & plateis eorum. propterea nouissima eorum consumam. Post aurum non eant. Christum, non quaesitum sequantur, affluentiam rerum non quaerant, nisi virtutum & donorum spiritualium. Vitent mensarum luxuriem, congeriem vasorum, quia hoc non est ornare ecclesiam, sed spoliare: non est decorem, maiestatemque custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere. Rursus exponant se murum pro domo domini. Exeant ex aduerso potentibus seculi. Regibus se exhibeant impertercritos, vt Iohannem, iniustis, vt Moysen, egyptijs, fornicantibus, vt Finees, idololatris, vt Heliam, auaris, vt Elizeum, vt Petrum, blasphemantibus, vt Paulum, persequentibus vulgum non spernant, sed instruant: diuitem non palpent, sed terreant; pauperem nō grauent, sed foueant: dignos promoueant, indignos expellant. Et (vt inquit canon) quaerant eos in ecclesia columbas erigere, quos plus cognoscunt prodesse, non quos vel ipsi amant, vel quorum sunt precibus & seruitio deliniti, vel pro quibus vt praelati fiant, muneribus impetrarunt. Et cum apostolorum typum teneant, distribuatur dignitas pro meritis, non pro volitis distribuant vnicuique prout opus est, non sibi sed populo. Iu-

uenes doceant, non exaltent, minas principum non paueant, sed contemnant: ecclesias non spolient, sed ornent: marsupia non exhauriant, sed corda reficiant, & crimina corrigant, studiosos diligant, ignorantes ignorent: quia scriptum est, ignorās ignorabitur. De dote viduæ & patrimonio crucifixi pauperes pascant, non in conspectu hominum, sed Dei. Nec reprehendimus quosdam, qui pauculas escas egenis erogant, quæ de sua & suorum superstent mensa; sed eos inculpamus, qui preciosiora recondunt, more illorum de quibus Matthæus ait, quia decimant mentem & anetum ac ciminum, & relinquūt quæ grauiora sunt: quoniam hæc oportet facere, & illa non omittere. Iubentur deniq; cardines viriliter stare pro afflictis, & iudicare æquitatem pro mansuetis terræ. Iubentur denique uacare morum correctioni, insistere concordiæ, inuigilare paci, infidelium expugnationi, & fidei argumento intendere, eamque vsque ad sanguinem tueri, in cuius typo rubei pilei insigniis, decorantur. Sint denique in loquendo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in hospitio non dissoluti, in conuiuio non effusi. Demum sint pontifici fideles, infidelibus comportabiles, sint ad petendum verecundi, ad negandum iusta, difficiles. Sint grati postquam aceeperunt, Sint largissimi exhibitores, & parcissimi promissores. Et vt finem verbis, sed non mentis dolori, imponamus; tales interius exteriusque cardines ecclesiæ existant, quales se velle esse professi sunt. Tales sibi appareant, quales ab hominibus reputari cupiunt, hoc sit illis pudor, alios esse, & alios apparere. Fuere quidem multi, quibus expediens minime fuit apparere & conspici. Sed, proh dolor, in omni statu expe- rimur alios esse, alios apparere, vt illud anti Claudiani, apud omnes verū sit, quia aliquan-

do nō sunt homines qui videntur. Sæpe verò pluris sunt, quàm appareant, vt gloriæ eis sit ascendisse. Postremò id vellem Cardinalium cordibus semper defixum sit; quia si tandem diuersis illecebris delitescunt, nec eis onera incumbentia pertimescunt, vereor ne illud
Amos.8.a Amos prophetę audiant. Stridebunt, inquit, cardines domus Dei in illa Die: Et iterū illud Esaię: super muros tuos constitui custodes, ipsi verò sicut locustæ vineam depasti sunt.

CAPIT. X. DE SVBLIMITATE, excellentia, & dignitate status Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum presbyterorum, & ministrorum ecclesiæ: & de perfectione status eorum.

COGIT ordo pollicitus, vt attingamus cęteros status hierarchicos vitæ spiritualis, videlicet Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, archidiaconorum, curatorum, & aliorum clericorum sub ecclesiastico ordine degentium. Cuius status, dignitas & excellentia, non satis à mortalibus laudari, extolli, & commendari potest. Conficeremus quidem magna volumina, si ea omnia adduceremus, quę illorum excellentiam, & sublimitatem demonstrant. Paucula tamen sub quodam breui epilogo perstringemus, quantum pręsertim ad propositi rationem pertinet, quoniam latius excellentiā huius status deduximus in libro defensorij status ecclesiastici: vbi prędicta comprobamus, non solum ex fundamentis iuris naturalis, sed testimonijs & exemplis veteris legis, ac etiā ex ipsa gentilium obseruantia, nec nō testimonijs nouę & euangelicæ legis, & demum auctoritatibus, & fundamentis iuris humani. Nam, vt cætera taceam, quis dubitat Pontificalem ac sacerdotalem dignitatem principium sumpsisse ex ipso naturali iure?

ure?quo,vt inquit philosophus in politicis, iomines naturaliter ad sacrificia: quę non isi per Pontifices & sacerdotes: etiam ipsa ntiquitas instituenda, celebrandaq; duxit. ed & illa gentilitas naturali iuri innitens, anc pontificum & sacerdotum summam su- er omnes mortales dignitatem & excellen- am,nedum institutis, sed humili ac deuota bseruatione professa est.Nam,vt Plutarcho lacuit, & Policratus refert, apud gentiles os, qui religionis cultui prędrant, quos Pō fices appellabant, quasi typum animę in orpore humano tenentes,super omnes mor les venerabantur,eisq;subijciebantur.Sicut iq;anima totius corporis habet principa- m: cunctaq; membra vegetat, eiq; obse- untur, & illorum gerit principatum ; ita ontifices,quos ipse Plutarchus etiam præ- ctos diuino cultui vocat,toti corporis con initati pręsint oportet. Subdēs,quia & An stus Cæsar sacrorum Pontificibus eousq iectus fuit, donec & ipse,ne cui mortaliū; esset,vestalis creatus est Pōtifex. Demum p'à veteri lege hic excellentissimus ordo hoatus est, & in noua plenius cōfirmatus, nquit Isidorus. Nam sancti doctores sa- icium, & per consequens sacerdotium ab l & Cayn, incœpisse aiunt, qui primo ificauerunt Deo. Vnde creditur Adam in itu & iussu domini docuisse filios sacrifi- Deo: quare dicunt ordinem sacerdotij incœpisse primo. Sed putamus vtrumq; stare posse, quoniam ante legem sacer- ium & sacrificium incœpit ab Adam & fi ius, videlicet implicitè & sub quadam a. Sub lege vero explicitè, & expressè domini incœpit ab Aarō. Alij à Melchi h, iuxta illud ; tu es sacerdos in æternū dum ordinem Mel. Sed, vt diximus,sub Aaron primus iubente domino, victi- obtulit, vt inquit Isidorus. Quocunque

modo sit, ex ipsa temporis primitate, & diuturnitate, ac instituentis excellentia, & sancti status sanctitas atque sublimitas apertissimè comprobatur. Demum vero ipsa pontificalis & sacerdotalis excellentia & sanctimonia ex hoc agnoscitur, quoniam sublimiori nomine quàm cogitari potest, in sacra scriptura episcopi, sacerdotes, & ecclesiæ mi-
Exo. 22. d nistri nominantur. Appellantur enim Dij. Vnde in exodo scribitur: Dijs non detrahes per Deos, episcopos, & sacerdotes intelligens, vt ait quidam canon. Rursus ordo ac status ipse in eo eminentissimus atque sanctissimus est, quia typum tenet cœlestis hierarchiæ. Nam ipsi ecclesiæ ministri ecclesiasticam conficiunt hierarchiam. Ipsi quoque in sortem Dei electi sunt, & ipse sors illorum est. Ipsi denique tantæ excellentiæ & dignitatis existunt, vt meritò à cunctis seculi principibus, & Christianæ fidei cultoribus patres appellentur. Vnde Grego. quis dubitet ecclesiastici ordinis viros venerandos fore, quos regum & principum omniumq; fidelium patres & magistros censeri compertum est? Et sequitur; nonne miserabilis insaniæ esse videtur, si filius patrem, discipulus magistrũ non honorent, & iniquis obligationibus illum potestati suæ subijcere; à quo credit, non solũ in terra, sed in cœlis ligari posse & solui? Et iterum idem Greg. circa principium pastoralis inquit: honor & sublimitas nullis poterit cõparationibus adæquari. Si regum fulgori cõpares & principũ diademati, lõge inferius erit, q̃ si plumbi metallum & auri fulgorem cõpares. Quippe cum videamus regum colla & principum submitti genibus sacerdotũ, & osculata eorum dextra, orationibus eorum credãt se cõtineri. Et Ambro. in pastorali. magna est excellentia & sublimitas epõrum: q̃ sicut maxima est, ita maximã debet habere cautelam: quia honor grandis grandiori debet

solicitudine circunuallari. Et rursus idē Ambrosius; nihil in seculo excellentius sacerdotibus, nihil episcopis sublimius reperiri potest vt cū dignitatē eorū oculis demōstramus, dignè noscamus quòd sumus & quod fuimus professiōne, actione etiā demōstramus, ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. Deniq; Ioā. Chrisost. huius status gradum & excellentiam signans, ait: sacerdotibus ecclesiæ Deus cunctos voluit esse subiectos: ad quos vniuersa quæ in ecclesia occurrunt, voluit pertinere. Et Augu. clericorū statum, & ecclesiastici ordinis sublimitatem, & sanctimoniam designans, ait ad Mauricium; sacerdotibus & leuitis ecclesię, non extrema potestate dominus noster: sed excellenti potentia propter eū, cuius serui sunt, ita eis dominatur, vt debitam eis cuncti reuerentiam impendant. Et subdit: nam in diuinis eloquijs ecclesiastici ordinis clerici & sacerdotes aliquando Dij aliquando angeli vocantur. Nam & ad Moysen (de eo qui ad iura deducendus erat) dicitur: applica eum ad Deos, videlicet ad sacerdotes. Et rursus scriptum est: Dijs non detrahas & seculi sacerdotibus. Et iterum, ego dixi Dij estis. Et propheta ait: labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem; de ore eius requirant; quia angelus domini exercituum est. Quid ergo mirum, si reges, si principes, si cuncti fideles eos honorent, quibus in suo eloquio honorem tribuens, aut angelos aut Christos, aut Deos, Deus ipse appellat? Grandis ergo est excellentia status & ordinis presbyterorum & Pontificum, veluti qui eius locum tenent super terram, qui cœlum & terram condidit, & omnia quæ in eis sunt; quibus tantam tribuit potestatem, vt quos ipsi absoluunt vel ligant super terram, ipse ligatos, solutosq; habet in cœlis, dicente eis saluatore: quorum peccata remiseritis, remittuntur

Exo. 22. d

Ioã.10. f eis. Sed quid de huius ecclesiastici status dignitate & excellētia dicere fas est, potius certe tempus, quàm dicendi materia deesset.


CAP. XI. DE DIFFERENTIA ET comparatione ecclesiasticorum, videlicet episcoporum, & aliorum inferiorum prælatorū, & clericorum inter se adinuicem: & quis gradus altero sit dignior & perfectior.

EXIGIT ergo idem ordo pollicitus, vt ecclesiasticorum siue clericorum ordinem inter se inuicem discernamus, & comparemus, quod breuissimè tanquam manifesta absoluemus. Aliqui enim in minoribus ordinibus sunt constituti, aliqui subdiaconi, alij diaconi, alij præsbyteri, alij episcopi, alij archiepiscopi, & patriarchæ. Inter quos longa valde differentia est. Nam etiam ex Christi institutione, maiorum & minorum sacerdotum discretio facta est, quando apostolos tanquam maiores, & lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes īstituit, vt patet Lucę.x. vbi glosa, ꝙ sicut in apostolis forma episcoporum, sic in lxxij. forma presbyterorum, quasi secundi ordinis est præscripta. Postea autem apostoli hanc formam secuti sunt, & in singulis ciuitatibus episcopos, in parochijs presbyteros ordinarunt. Procedente vero tempore & crescente messe domini, apostoli ordinarunt diaconos, quorum maximus fuit Stephanus, subdiaconos verò & alios minores ordines ecclesia per temporis discursum sibi constituit, quanuis nonnulli dicant subdiaconatum ab apostolis fuisse institutum, sed per eos inter sacros non numeratum, postea ab ecclesia aggregatum. Veruntamen Dionysius, qui Pauli discipulus fuit, in ecclesiastica hierarchia tres tātum or-

lines describit, episcoporum,præsbyterorū, & diaconorum. Episcoporum ordinem dicit maximum & perfectiuum, presbyterorum vero illuminatiuum, diaconorum purgatiuum. Nec solum distinguitur, quo ad sublimitaté, & excellentiam dignitatis, sed etiam quantum ad perfectionem status, non pro excellentia & prærogatiua dignitatis, sed prout inducit quandam seruitutem propter Deum oppositam statui libertatis. Nam secundum sententiam doctorū, circa istos gradus tria possunt considerari, sicut tribus modis perfectio status aut vitæ sanctitas acquiritur. Primò perfectio status sumitur communiter & largè per actus dilectionem. Secundò, magis propriè, per officij administrationem. Tertiò proprijssime, per voti perpetuam obligationem. Primò igitur modo, omnes in charitate existentes sunt in perfectionis statu: quia, vt apostolus ait, sola charitas vinculum est perfectionis. Et hoc modo perfectio opponitur ruinæ peccati, & culpæ, secundum quem modum dicit apostolus. Qui existimat se stare, videat ne cadat. Secundo vero modo, omnes qui assumuntur ad officia ecclesiastica, possunt dici esse in statu perfectionis respectu laicorum. Sunt enim ipsi quasi medij inter Deum & populum. Vnde quanto Deo sunt propinquiores ratione officij, quod ministrant, tantò perfectiores. Vnde in canone scribitur: non solum episcopi, sed presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præsident, obseruatione, vita & doctrina excedant; id etiam agere debent inferiores gradus, puta exorcistæ, lectores, & alij. Sed tertio modo, solum episcopi, archiepiscopi, & patriarchæ, ac etiam religiosi illi, videlicet, qui per votum in perpetuam seruitutem sese tradunt ad seruiendum Christo & hominibus propter ipsum in his quæ sunt circa opera per- 1.Co.10.c

fectionis, tales propriissimè in perfectionis statu. Et hoc modo in hac parte accipitur status, vt videlicet sonet ad quandam seruitutem oppositam statui libertatis, quia per talem statum fit mutatio status libertatis in perpetuam Christi seruitutem, vt supra diximus. Et hic propriissimè est status perfectionis vitæ apostolicæ in hac parte, secundum quem modum accipitur status ij.q. vi. si quando in causa capitali vel status interpellatum fuerit, non, inquit, per curatores, sed per seipsos est agendum. Cæteri ergo ministri ecclesiæ indubiè sunt in statu perfectionis, propter officij administrationem, talis tamen perfectio status magis accipitur cōparatiuè quàm propriè. Nam canones inferiorum clericorum statum magis appellant gradum, quàm statum. Vnde dicitur in quodam canone: pro gradu officij vnumquemque studere oportet ad meliora. Et hoc dictum sit quantum ad episcopos & ministros ecclesiæ, inter seipsos comparatos.

CAP. XII: DE PLVRIMIS DIFficultatibus & aculeis, laboribus, & periculis, status Archiepiscorum, Episcoporum, & cæterorum clericorum: & de malis ministris ecclesiæ, ac de multis abusibus, vitijs, & in ordinationibus illorum, in genere & in communi.



ISA excellentia, dignitate, & sublimitate status ecclesiastici in genere, ac differentia, & cōparatione inter se, superest agere in communi de eius periculo, aculeis, & difficultate. Et adducentur in medium authoritates & rationes, quibus non ineptè videntur probari huius status difficultates, pericula, & incommoda. Dignum enim videtur, vt si quos episcopus, aut

lericos huius ſtatus ſublimia,& dulcia dele-
tant, amara & aſpera moderentur. Nec in
o ſtatu ſecuros ſe reputantes, plurimum ex-
ollantur, qui tam proximi ruinę inſiſtunt.
In primis itaque nemo ſibi blandiatur ex
nctimonia huius eminentis ſtatus eccleſia-
ici, nemo certe de eius excellentia extolla-
r,nemo de illius dignitate confidat. Cogi-
t enim quia(vt inquit canon) nō loca, non
gnitates, non cathedra ſtatum faciunt, ſed
ta & mores. Vnde ex officio & dignitate
on licentiā peccandi; ſed neceſſitatem bene
uendi eccleſiaſtici viri, ſe nouerint aſſecu-
s. nec ex eminentia ſtatus audaciam delin-
endi ſibi ſumat,pro eo maximè, quia(vt in
ęcedentibus diximus) nullum ſanctum du-
are debet, quem apex tantæ dignitatis
ollit. In quo ſi deſunt bona acquiſita per
eritum, ſufficiunt quę a loco & cathedra
ſtantur. Et iterum: cathedra aut claros ad
c faſtigia erigit,aut qui erigūtur,illuſtrat.
quæ dicimus plurimum falli eos, qui de
i dignitate lætantur. Non Symachus Papa
pſum declarās, prædicta de illis intelligit,
per bonos actus ſanctos prædeceſſores
itantur. Vnde ſubdit quòd ea,quæ de ca-
dræ ſanctitate dixerat, ad illos pertinet,
os conuerſationis ſplendor illuminat. Sed
tanto ſanctos vocat, quia propter loci
cathedræ ſanctitatem boni & ſancti præ-
untur. Vnde Hieronymus; Non ſan-
rum filij ſunt qui tenent loca ſancto-
, ſed qui exercent opera ſanctorum. Ita-
non reddat eccleſiaſticos viros ſecuros
nitatis faſtigium,ſed potius reprimat aut
iliet imminens eccleſiaſtici ſtatus pe-
lum. Vnde Gregorius; nos qui præſu-
, non cathedræ, non dignitatis, non or-
s, vel gentis prærogatiua, ſed mori-
confidere debemus, quia (vt inquit Ca-
)non dignitates aut ordines creatori pro

proximos faciunt, sed non aut propria merita coniungunt, aut mala disiungunt. Non ergo lætentur episcopi ex sanctitate cathedræ, non sacerdotes confidant ex sacerdotij dignitate, sed potius contremiscant ex imminenti calamitate, & periculi pronitate. Quid enim dignitas affert, si vita obest? Nam teste Grego. Quid paradiso altius, tutius, atque iucundius? Quid cœlo securius? Et tamem homo de paradiso peccando, angeli de cœlo ceciderunt: vt posteris cederet in exemplum, quia non loci, nec dignitatis amplitudo, securitatē tribuit, sed vitæ innocentia. Quia vt idem Gregorius subijcit. Iustum quippe est vt nobilitate loci ac dignitate officij non iuuetur, qui dignitatē Dei à se abijcit. Vnde Chrysosto. ad episcopos, de dignitate, excellentia se efferentes, nec illius imminentia pericula præuidentes, pulchrè ait, Videte inquam fratres, quod non sedeatis super cathedram, quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos facit cathedram non locus sanctificat hominem, sed homo locum, nec omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos. Et sequitur qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedræ. Et iterum, malus sacerdos ex sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem.

Secundo ecclesiastici status incommoda, & onera, difficultates & aculeos, ęrumnas atque pericula, ex ipso nomine satis comprehendere possumus. Si enim episcopi, sacerdotis, aut clerici nomē solum perterret, quātò amplius ipsius rei defectus, quàm nomen importat? Episcopus enim superintendens, aut speculator dicitur. Sacerdos verò dictus, quòd sacra det, aut doceat. Clericus ideo appellatus, quod in Dei sortem electus sit. Qui ergo non superintendit, qui non speculatur, qui à longe non prospicit incommoda subditorum, nonne episcopi falsum nomen

vſur pãt? Sed & qui ſacra nec dat nec, docet, nonne falſum ſacerdotis titulum ſumit? Clericus vero quomodo ſors Dei dictus eſt, quẽ mundus, quem ſeculum, quem denique ipſe infernus de illo verius ſortiuntur? hos itaque pulchre Bernard. deſcribit. mirum eſt, inquit, quòd clerici aliud videri cupiunt, quàm ſunt: videlicet habitu milites, quæſtu clerici, actu neutrum exhibent. Non enim pugnãt vt milites, nec euangelizantur vt clerici, nec laborant vt miniſtri. Cuius igitur ordinis ſunt cum vtriusque eſſe cupiũt, & vtrunq; deserunt & confundunt? Et ſequitur: vunſquisq; inquit apoſtolus) in ordine ſuo reſurget, ſed iſti in quo? Sed certe quia nullum tenent ordinem, ſine ordine peribunt: Et cum ſapiens Deus, vt veraciter creditur, à ſummo vſque deorſum, nihil inordinatè reliquerit, vereor certè non alibi eſſe ordinandos, q̃ ibi, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Ad hos præterea ſic nominatos paſtores, & paſtoralem curam deſerentes, per prophetam Deus acerbiſſimè cõminatur. Ait enim: Si non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, & ille iniquitate ſua morietur, ſanguinem eius de manu tua exquiram. Quod ergo maius periculum cogitari poteſt, quam aliorum iniquitate damnari? In cæteris ſiqui dem ſtatibus, ſeu viuendi modis, culpa tenet autores ſuos, quilibet proprio ſuo peccato punitur: quia ſcriptum eſt, anima quæ peccauerit, ipſa morietur. In hoc tamen periculoſo viuendi genere, ne dum ſuo, ſed aliorum ſcelere paſtor plectitur. Damnantur enim paſtores, populorum iniquitate. Quis ergo ſanæ mentis ad illud vitæ genus aſpirat, vt animam ſuam teneri, obligarique baratro ſligat, ſi alij peccauerint? In exordio humani generis Cayn ipſe, licet reprobus, tantæ intelligentiæ fuit, vt vitę alienæ curã abijceret, inquiens, nunquid ego cuſtos fratris

1.Co.15.c

mei sum?Repellebat ille à se cantè fratris curam,ne incautius pro fratre teneretur. Ille etiam vterini fratris curam recusabat, nunc, proh dolor, ad extraneorum curam cū aperto periculo properamus. Quis, oro,tam sibi impius? quis tam sibi oblitus existit,quis spō sorem, seu alienæ vitæ se constitui fideiussorem optat,qui vitam propriam vix tueri potest? Aut quid tam insanum,quid tam inconsideratum,quam alienarum culparum strictā rationem sese redditurū promittere, qui sua, aut non videt,aut non intelligit? Quid tam dementiæ proximum, quam alienorum facinorum fieri diligens indagator, qui suorum est negligentissimus inquisitor?aut quis aliena peccata portare se pollicetur, qui suis premitur? Quis purgandi alios onus suscipit, q̃ purgatore indiget,aut illuminandi plurimos officium accipit, qui cæcus est? & qui se non videt, quomodo alios considerat; Periculosa certè atque grauis sarcina, est, cura,pastoris. Nam cuiuslibet ouis deperditio, illius periculum est, ad quem propheta ait, & erit anima tua pro anima illius. Demum illius status periculum in eo conspicitur, quoniam teste Greg. prælati tot mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exempla transmittunt. Inter cætera verò detestanda exempla,vnum illud est,quoniam & si scriptū sit, seruos Dei non oportet litigare, episcopi tamen & clerici,qui spirituales sunt, & lites ac contentiones vitare specialius iubentur,proh pudor,tam acerbè,tam impiè,tam crebrò litigant,vt omnes vincant in contendendo laicos: & sub colore iustitiæ obrepit impietas. Iam non modò pro episcopatu litigatur, sed bellatur, non modo pro sacerdotio contenditur,sed pugnatur. Et plerunq; non sine orbis & vrbis periculo bellatur in ecclesia,quæ pacem filijs vt pia mater,promittit.Aiunt.n.gloriam nostram non damus alteri. qui dum va-

nam retinent, veram & æternam amittunt, ad gloriam currunt, sed gloria eorum in confusione erit. Christus iubet tunicam proximo dimitti, quippe & in facie percuti, ne litigēt, isti eligunt percutere, quàm parcere, malunt periclitari ecclesias, quam non honorari.

Tertiò, ille hominum status nedum difficilis & laboriosus, sed & periculosus videtur, ex quo plures seductores, & schismatum seminatores, in ecclesia oriuntur, quos certe ex sacerdotum & episcoporū statu prodijsse cōperimus. vnde Hierony. veteres perscrutans historias, reperire non valeo, alios ecclesiā Dei scidisse, populos seduxisse, præter eos, q̃ sacerdotes appellati sunt. Accidit quoniam ille videtur periculosior, difficilior atq; incommodior viuendi modus, de quo plures cadūt, & plures periclitantur. Constat autem plures cadere in uia salutis, & longe plures ex statū ecclesiastico periclitari, propter plurima, & præsertim propter temporalium affluētiam. Sicut certè plures deuiant in prosperis, quàm in aduersis, de quibus putandum est prophetam dixisse, cadent à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis. Dexteram quidem honoratiorem partem, episcopi prælati in ecclesia tenent, cæteri sinistram. Si igitur de cæteris statibus ad sinistram cadent mille, profectò de istis cadent decem millia. Psal. 90. c

Quarto, eligere curam animarū nihil aliud est, quam exponere se ad manifesta, & inducata pericula: quia, vt inquit Grego. talia appetere, est mentis tempestas. Nam nihil aliud est potestas culminis, quàm tempestas mentis. Quis enim tam audax, aut verius quis tam temerarius est, qui in alto & tempestuoso mari nauigare peroptat? Quis illius nauis cupit fieri gubernator, quam periculosam de proximo conspicit? Teste Gre. quieto mari imperitus nauta nauem dirigere potest, turbato autem tempestatis flu-

ctibus, etiam peritus nauta se confundit atque perturbat. Profectò nil aliud est curam animarum suscipere, sacerdotium aut pontificatum sumere, quàm scienter se naufragijs mergere. Solent homines de tempestate in portum fugere, qui verò animarum pastores fieri desiderant, de portu in tempestatem libenter fugiunt. De quibus propheta dicere videtur, qui descendunt in mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis & descendunt vsque ad abyssum, quoniam anima
Psa.106. c in eis tabescit propter negociorum multiplicium procellam. quare turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & tandem omnis sapientia eorum deuorata est. Mirum certe videtur, vt non satis difficile aut graue videatur, vni episcopo vnius animæ curam sumere, nisi omnium curas in se suscipiat. Vnde quidam sapiens de tam graui sarcina dicebat, fortes humeri qui talia sustinent, aut fortis ambitio ad id animos cogens, vbi futurum periculũ sciunt. Quod si Pontifex in altum se locatum gaudeat, consideret, quia tanto erit ei casus grauior. Vix enim ex alto sine labore aut periculo descẽditur. Sed vt paucis concludã, cura animarum si rectè geritur summus est honor: sed summus labor, summum onus, summa seruitus. Si vero malè agitur, summum animę periculum, summum malum, quia anceps ex omni parte negocium est.

Quinto, non est proposito alienum considerare, quoniam, vt ait Chryso. in canone, homo Christianus fortiter cadit in peccatũ propter duas causas: aut propter magnitudinẽ peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Hę igitur duę periclitandi causę ecclesiasticos viros fortiter ruere cogunt. Primò, magnitudo peccati: scienter enim & ex contentu peccant. Nam qui scit voluntatem domini, & non facit, iuxta verba saluatoris, vapulabit plagis multis. Secundo, altitudo

lignitatis: quia quantum dignitas altior, anto casu grauior. Et teste Greg. quanto quis in sede superiori locatus est, tanto in maiori periculo versatur. Et Aug. sublimitas honorum, magnitudo scelerum est. Et Hiero. n maiori gradu, maior est sine dubio pœna. Et iterum Chryso. in canone honoris magnitudo his q indignè viuunt honore, maximus cumulus incipit esse pœnarũ. Et iterum Aug. clerici officium, si perfunctoriè geritur, nil apud deum miserius, tristius & damnabilius.

Sextò ex Episcoporum & clericorum administratione, pericula, difficultates, & incommoda apertissimè demonstrantur. Non enim Episcopi & Clerici domini sunt bonorum ecclesiæ, sed vt Hieronymus ait: procuratores seu dispensatores rerum alienarum, & velut sacrilegos plectendos esse, si quod pauperibus est erogãdũ, sibi retinent plusquã eius statui sufficit. Quomodo ergo securi sunt clerici, qui non solum ex mala aut desidiosa administratione, sed ex cupida retentione damnãtur? Vnde pulchrè de se & cæteris præsbyteris dicebat Hier. quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timidè reseruamus? Hinc Aug. ad Episcopos & præsbyteros ait: esurientium panis est, quẽ tu detines: nudorum vestimentum, quod tu recludis: miserorum redemptio est pecunia, quàm tu refodis: infirmorum solatia sunt delitiæ, quibus tu lasciuis: tantorum ergo scias bona te inuadere, quantis possis præstare quod velis. Sed & Bernardus. in epistola ad Fulconem ait: ne tibi o pontifex, o sacerdos, blandiaris, quo tuis contentus, alia non arripias. Rapis enim cum luxurias, vt de altari superbias: de quibus quod præter necessariũ, ac simplicem victum retines, tuum non est, rapina est, & sacrilegium: habentes, inquit Apostolus, victum & vestitum, non victũ & ornatũ, nõ delitias, nõ vestes, quibus lasciuia 1.Ti.6.b.

mus. Et iterum idem Bernard. ad Senonensem archiepiscopum, clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur pauperes, dicunt: dicite pontifices in templo quid facit aurum, nobis fame, frigore, miserabiliter laborantibus? Quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in porticis, vel plicata in manicis? nostrum est, qđ effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, ꝙ immaniter expēditis. Hinc & Hierony. pōtifices & clericos cōminans ait: ecclesiæ principes qui delitijs affluunt, propheticus sermo describit, quod eijciendi sunt de spaciosis domibus, lautisq; conuiuijs. Et sequitur, si vis scire quò eijciendi sunt, in tenebras videlicet, exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. Item idem Bernard. ad clericos ait, multiplica præbendas, habe archidiaconatum, aspira ad episcopatum, gradatim ascende, & in puncto ad inferos sine omni gradu descendes.

Septimò, pericula, incommoda, aculei, & difficultates huius status ecclesiastici ex eo euidentius apparent: quoniam si prophetarum, si patriarcharum totius sacræ scripturæ repetuntur animalia, nullū reperiemus genus hominum, quos Deus vehementius arguat, & seuerius comminetur, & crudelius puniat, quā Pontifices, pastores, & sacerdotes. Discurre per prophetas, & scripturam lege, quid audis

Iere. 2. b nisi pastores populi mei preuaricati sunt in me. Propterea adhuc in iudicio contendam vobiscum. Et iterum: stultè egerunt pastores. Et sequitur: propterea euellam eos de terra. Rursus ad eos: omnes pastores meos pascit

Eze. 34. a ventus. Et alibi, væ pastoribus qui dispergūt gregem meum. Et iterum, væ pastoribus Israel, qui pascunt seipsos. Et sequitur. collidā

Ioel. 1. c in te pastorem & gregem. Denique ad Ioelē prophetam transi, quid nisi comminationis pœnas, quid nisi clamores plangentium sacerdotum, & Pontificum audis? Ait enim: plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris

Auſculta Ezechielem. væ paſtoribus Iſrael qui paſcunt ſeipſos. Et iterum. ſuper paſtores iratus eſt furor meus. Malachias quoque non tacet eorum exterminium. Ad vos, inquit, ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, ad vos eſt mandatum. O ſacerdotes, ecce ego proijciam vobis brachiũ iræ meæ, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus. Et iterum. dedi vos contemptibiles omnibus populis. Sed & Amos propheta, quam durè prælatos & paſtores eccleſiæ comminetur, audiamus. Ait enim: væ vobis qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingrediẽtes pompaticè domum Dei: qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Deinde contra huius ſtatus & vitæ homines ſcriptum eſt: quicunque deſiderauit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlis. Et iterũ. inter ſeruos Dei non computabitur, qui de primatu tractauerit. Sed & Chriſtus in euangelio has illis pœnas & comminationes confirmat. Ait enim, væ vobis qui diligitis primas cathedras. Sed quid hæc commemoramus? Plena eſt ſacra ſcriptura huiuſmodi increpationibus, & commemorationibus. Quis ergo dubitat periculoſum, difficilem, & cunctis aculeis miſerijs refertum eſſe illum hominem ſtatum, cui tot maledictionum, & anathematum, tot comminationum genera, tot pœnarum & ſuppliciorum mala, prophetæ, patriarchę, ſancti, ipſe quoq; Deus in ſcripturis ſanctis imprecantur? Vnde Chryſoſtomus ſuper illud, Obedite præpoſitis veſtris. O Pontifex, o prælate, conſpice quanto igni ſuppionis caput tuum. Et ſubdit; Miror, ſi quem cõtingat ſaluari de his qui principantur & præſunt in tantis minis: & in tanta pigritia, in tantis increpationibus, & in tanta deſidia. Video tamen currentes, & ſponte ſe ſubmittentes periculis, contra quos duriſſimum Mal. 1.

Pro. 12.a iudicium his qui præsint scilicet malè. De bonis vero scribitur Pouerbiorum duodecimo. Nouit iustus animas iumentorum suorum. Sed quid de periculo & incommoditate, & aculeis ecclesiastici status dicam, cum episcopis & clericis ipsa simonia (quæ hæresis appellatur) tam familiaris & cara sit, vt vix sine illa in domo domini incedant? Quibus etiam inuidia domestica, auáritia annexa, libido, ira, & superbia in rerum abundantia videtur. Sunt in hoc statu Patriarchæ pōposi, episcopi negligentes, decanus timidus, archidiaconus elatus, canonici extra chorum vacantes, vicarius in litibus, tabellio falsus, presbyter mprudens, curatus ignarus, confessor leuis, diaconus euangelia nesciens, sub diaconus epistolam ignorat, cantor latrat, thesaurarius fabricas defraudat, sacerdos sacramēta vendit, capellanus venalis, vt statim latius tangemus in capitulis sequentibus, vbi singulariter de quolibet gradu & officio ecclesiastici status succinctè agemus.

CAPIT. XIII. DE DIGNITATE, & prærogatiua officij decanatus, in ecclesia: & de illius honore, & veneratione, & de his quæ ei competunt. Demum de pluribus oneribus, & afflictionibus, ac defectibus, & periculis decanorum.



VDITA sunt præconia, laudes, necnon excellentia, præeminentia, ac sanctimonia status ecclesiastici in genere & communi. Auditæ sunt denique eius vitæ formulæ, incommoda, calamitates, & miseriæ, afflictiones, & pericula Quo fit ut facilè eiusdem status dulcia & amara cuilibet recte intuenti patere possunt. Verum quanquā ea, quæ in ea re breui disserta sunt, ad omnes ecclesiæ status secundum ordinum, & officiorū

differentias applicari poſſunt, qui omnes clericorum nomen,& miniſtrorum officium, in eccleſia ſortiti ſunt, quia tamẽ particularius epiſcopos & prælatos reſpicere videntur, ſupereſt vt ad cæteros inferiores eccleſiæ ſtatus,gradus,& ordines,breuis,& ſingularis ſermo decurrat. Conſuetum igitur ordines ſequentes, vnumquenque inferiorum clericorum gradum ſiue ſtatum tangemus, & quid laudis,quid excellentiæ, quid vtilitatis, demum,quid calamitatis,afflictionis,& periculi habeat,ſed & quot defectus in eos damnabiliter committantur, ſuccinctè afferemus.

Primò igitur poſt epiſcopum decanus ſiue præpoſitus exiſtit,nec id ratione caret, quia, vt inquit canon Calixti Papę & martyris, decanorum dignitas rectè maior poſt Pontificalem appellatur. Nam Decano poſt Pontificem maior ac principalior cura, & collegij adminiſtratio congruit. Rurſus proximior eſt Epiſcopo dignitate & honore,cui propinquior eſt in conſilio & aſſiſtentia. Ipſe collegium, necnon perſonas ac res collegij iudicat,& tuetur. Hinc in exodo, inter iudicantes vniuerſitatem decanus conſtitui iubetur. quare ſacri canones venerandam eam dignitatem decreuerunt. Eſt enim decanus collegij caput,de quo ſcriptum eſt,conſtituit eum dominus in caput,non in caudam,quòd cæteris corporis membris auctoritate, & iudicio præcellit, idque primitias loci in eccleſia indicat. Habet denique decanus in capitulo, & collegio primam vocẽ, primas ſalutationes, primos recubitus.

Sed iam audi huius dignitatis onera,huius ſtatus calamitates, miſerias, defectus, & pericula. Imprimis igitur fateor,grandis eſt huius ſtatus prærogatiua. Sed vtinam tam bene huius dignitatis onera agnoſcerentur, quam ipſa appetitur. Dicam verius,tam vtiliter ei incumbentia implerentur, quam ab

omnibus sciuntur. Gaudent certe Decani, & præpositi de honoris excellentia, sed vtinam dignitatem virtus sequeretur. Virtus enim (vt quidam ait sapiens) non solet esse iactatrix aut sui miratrix, sed alieni imitatrix: nō de extrinseco honore, sed de conscientiç onere cogitat: si illud delectat, istud cruciat. Virtus de se non confidit, non arrogat, scit hoc esse tempus militiæ & laboris, non delectationis, non pompæ, non fastus. Fateor denique Decanus collegij & capituli caput existit, sed vide, ne dignitas ipsa, qua tantopere delectaris, conterat caput tuum. Sic age, ne de te ecclesia dicat quod scriptum est: caput meum doleo. Videat decanus qui se collegij caput iactat, ne cæteri de improuido capite capita sua moueant. Cernat si eius facta ingerunt commotionem capitis in populis, quia omne caput languidum à pede
Iob. 1. vsq; ad verticem nō est in eo sanitas. Caueat decanus, ne sit illud caput, de quo scriptū est. Facti sunt hostes eius in caput eius. Aduertat decanus ne caput serpentis sit cætera mēbra, nedum vegetans, sed inficiens: quia Deus confringet capita draconum in aquis. Verendum est plurimum, ne sint illa capita, de quibus scriptum est, in vniuersis capitibus eius caluitium, id est, deformitatis vitium. Decanus siquidem si recte agat epo odiosus sit necesse est. adeo vt illius sit hostis, si collegij amicus esse cupit. Si vero à præsule amatur, à capitulo odietur. Pro eo enim caput capituli est cō stitutus, vt nonnunquam cupiditatibus, aut episcopi insolētijs resistat: qui priuilegia, qui libertates, qui bona, qui redditus ecclesiæ plerunq; vsurpat. Ideo certè Decanus caput est, vt collapsa collegij erigat, sparsa colligat, recuperet perdita, deformia reformet. Caput tunc esse desinit, cum singulorum de collegio crimina palpat, ne eorum fauores perdat, atq; vt eum eligant, honorēt, & venerē-

tur. Sed fateor labijs honorabunt, nō animo
cor autem longe est ab eis. Collegium rur-
ſum regendum decanus ſuſcipit. imò verius
feram indomitam gubernandā. Parua enim
domus ægre & difficulter regitur. Magna col
legia, præſertim ſine ſapientia, aut uirtute,
tanto reguntur difficilius, quanto quot ſunt
ſinguli, tot ſingularibus feruntur opinioni-
bus. Si igitur Decanus lætatur de honoris di
gnitate, metuat onera, metuat pericula, quæ
ſunt vt enarrari facile non poſſunt. Quis
enim eſt decanus qui epiſcopo non ſit grauis
& contumax? quin potius contra eum conſpi
rat, qui in eius contemptum non abſtinet à
diuinis, qui ſigillat literas ſine capituli aſſen
ſu? qui ſibi communia eccleſiæ appropriat,
qui non reſidentes agit vt percipiant fructus,
et non faciētes ſeruitium, qui grauat ſubdi
tos, qui eos non defendit, qui eos tolerat pro
pecunia in peccatis, qui inhoneſtè incedunt,
inhoneſtius viuunt.

Paucula huius dignitatis onera, pericula,
afflictiones, atque defectus enarrauimus:
sed in ſequentibus eccleſiæ officijs & gradi-
bus, plurima adducemus, quæ meritò eidem
dignitati aptari poſſunt. Qui igitur aures ha
bet audiendi audiat, & inter tot periculorum
anfractus, ſit cautus. Facilè enim uitabit cru-
ciatum, ſi velit vitare reatum.

CAP. XXIIII. DE DIGNITATE ET
prærogatiua officij archidiaconorum, ac de
honore & veneratione ei debitis, & de his
quæ ad eum ſpectant. Demum de plurimis
oneribus, & afflictionibus, defectibus, & de
periculis archidiaconorum.

ARCHIDIACONI di-
gnitas non paruam in eccle-
ſia militandi prærogatiuam,
nec infimum honoris gra-
dum habere dignoſcitur. Ip-
ſe enim præcipuus oculus

episcopi dicitur, pro eo quod cuncta ad episcopum expectantia videre, ac solerter prouidere tenetur; veluti qui à canonibus vicarius est illius cōstitutus. Ad archidiaconum siquidem præ cæteris ecclesiæ gradibus pro singulari quadam excellentia examinare pertinet ordinandos, idoneosque admittere, inhabiles vero repellere. Qui, vt canones aiunt, prælatus meritò existit, quia post episcopum præminentiam, iurisdictionem, & authoritatem obtinet, præsertim coersiuam & contentiosam. Rursus, illi corrigendi atque visitandi non tam clerum, quam populum fas est. Ipse denique præsidere debet, cum archipresbyter eligitur. Ipsumq; instituit, & pro meritis destituit, si contraria non extet cōsuetudo. Ipse tandem tantæ dignitatis est, vt coadiutor episcopi ecclesię Principis rectè dicatur. Sed & ad eum pertinet vacantes custodire ecclesias. Ex quibus, præfatæ dignitatis eximius honor, simul & vtilitas, facilè comprehenditur.

Verum audi amara huius status, tu qui dulcia degustasti, atque imprimis ea repete, quæ supra proxime attulimus, signanter in præcedentibus capitulis, vbi de episcopis & clericis in genere egimus. Sed & illa hic insere, quæ pauloante de decanis diximus. Adde, quia fateor archidiaconi ampla, sed & honoranda est dignitas, si tu ea dignus existis, non parua est pręeminentia, si quos potestate regis, virtute præemines. Honoris est prærogatiua, si cæteros humilitate præcellis. Quod si secus agis, vtique experieris illud sapientis Senatoris; quia dignitas ipsa parem vicem improbis reddit, quæ non tam à possidente deturpatur, quam ipsum deturpat. denique non parum eos cruciat ipsa assidua, diraq; ambientium crux. Quis enim est archidiaconus, qui non præpositus aut decanus, ille episcopus, aut archiepiscopus, ille patriar

cha-, ille cardinalis, ille tandem Romanus
Pontifex assumi non velit? Quis archidiaco-
conus præficitur, nisi vt potentior aut ditior
sit,& contra iustitiæ præcepta præesse quæ-
rat,qui prodesse nescit, & magnæ classis gu-
bernacula quærat, qui paruam scafam di-
rigere non nouit? Taceo intrinsecas eo-
rum calamitates, qui plerunque spem e-
nunt dignitatum, & vt quidam sapiens di-
cebat, vertigo est omnium pessima, vt ad eã
nunc currant certatim homines, quæ fugere
jubentur, ab hisque retrahi non velint, quæ
olim aspernari consueuerunt, quippe & de-
buerunt. Fateor rursus, archidiaconus ocu-
lus episcopi describitur, nonnunquam ta-
men tales ipsi præsules sunt, talesque eorum
oculi, vt alter altero orbari vellet: adeò, vt
episcopus de eisipsis oculis dicere cogatur,
contenebrati sunt oculi mei. Et iterum cum
io propheta, nihil respiciunt oculi mei, ni-
mala. Quibus alius propheta ait, dedit ti-
dominus deficientes oculos. Et Hieremi.
culi eorum pleni sunt puluere, qui apertis
palpebris nihil vident, quia oculos habent
non videbunt. Quis enim episcopus de his
oculis gratias agit, vt dicere valeat, nec
lati sunt oculi mei, qui ita episcopi sui ne- Psa.130.a
gligentias suppleant, vt de eis dicat, imper-
fectum meum viderunt oculi mei, id est ar-
chidiaconi: hi certe sunt oculi, de quibus ait
propheta, ponam oculos eorum super ma-
n, & non super bonum. Quid enim aliud
dent archidiaconi nisi munera? Confe-
nt beneficia, non meritorum, sed pecu-
arum cumulo, non virtuti, sed sanguini,
i ad sacros ordines deordinandos ordi-
nt, implent inutilibus atque ignaris mi-
stris ecclesias, vt bursas repleant. Hi pro-
r obsequia, delicta non puniunt, arcas, nõ
sonas visitant, nec ad lucrum animarum,
quæstum & grauamen visitandi officium

vertunt. Hi res pauperum pauperibus non erogant, ſeſe ſecularibus exhibent, qui contemnunt preſbyteros, qui principum curias ſequuntur, vt ad cathedram peſtilétiæ peſtilenter aſcendant. Hi certè, ut cum propheta loquar, viuificant morituros, vt mortificent uicturos; excõmunicant ſine cognitione, abſoluunt excommnnicandos. Hi magis lauta conuiuia, quàm diuina ſequuntur officia. Adde, quia quæ ad eos pertinent, negligũt, aliena vero vſurpant, & cum eorum tota pene iuriſdictio ex conſuetudine pendeat, contra epiſcoporum præſcribunt, in eius ordinariam meſſem, extra ordinariam falcem mittunt. Taceo eorum pudicitiam, quæ tanta eſt, vt ſubditos agat impudicos, qui facilè imitantur eorum exempla. Ad quos Hieremias in threnis ait, ſubtrahunt miniſtri domus Dei à templo aurum & argentum, & erogant illud in ſemetipſos, Et ſequitur. dant autem ex illo proſtitutis, & meretrices ornant: hi non liberantur ab ærugine & tinea. Illos certe ſignat Malachias, recesſiſtis, inquit, à via veſtra, ſcandalizaſtis plurimos in lege, propterea dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.

Bar. 6. a

Mal. 2. b

Paucŭlas certè ex multis huius officij calamitates, & afflictiones, miſerias, defectus, atque pericula enarrauimus, cum longe plura ſint, quàm ſcribere libeat, quæ cum quis in eo conſtitutus ordine, ſecum ipſe conſiderat, nihil eſt cur non intus plurimum crucietur, cuius aptisſimi ſunt defectus, & paucisſimi profectus. Quare qui habet aures audiendi, audiat, & in tantis periculis conſtitutus ſit cautus, non enim timebit ſupplicia, ſi ſtudebit fugare vitia.

CAP. XV. DE DIGNITATE ET
prærogatiua officij cantoris, & primicerij: &
de honore & veneratione ei debitis, & de his
quæ ad eum pertinent. Demum de plurimis
oneribus, & calamitatibus, defectibus, & pe
riculis cantorum.

CANTOR siue primicerius singulari honoris & dignitatis prærogatiua in ecclesia fungitur, cuius ministerium ad cœlestes laudes, ad cultus diuini augmentum principalius ordinantur. Hic, vt canonica tradit institutio, accolitos, & cæteros ecclesiæ inferiores gradus, ac ministros, ad diuina dirigit officia canendi, legendi, himnos & psalmodiam præuidet, atq; instituit. Sed & quicquid diuinæ laudis in communi, choro decantatur; per eum sollicitè præordinatur, psallendi ordinem, orandi modum, ipse committit, negligentes aut discolos punit. Et ut paucis agamus, eius oneri incumbit, vt diuina officia gnauiter & ordinate altissimo persoluantur, ut iuxta apostolũ, omnia secundum ordinem fiant in ecclesia. 1.co. 14.g
Quantò igitur cantoris dignitas apud Deum dignior, acceptiorque est, quanto principalius cœlestibus laudibus occupatur. Nemo enim dubitat quantum Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio. Hinc amico dei Moy pro speciali quadam excellētia dictum est, elige ad iudicandum populum uiros qui oderint auaritiam, tu autem insiste in his quæ ad Deum sunt, vt laudes & cerimonias offeras Deo tuo. Sed & Esaias super cuncta, quæ in ecclesia Dei geri præsignabat, modernis ministris Dei ait, tu (inquit) bene canta. frequẽta canticum. Et iterum scriptura ait; vociferabuntur leuitæ, & ego exaudiam eos. Verũ, ut heu dixerim, cecidit corona de capite eorum, & cantus illorum versus est in luctum,

quia carnem lugubre in ore corũ. Cantores si quidem moderni in ecclesia nec canunt Deo laudes, nec vt alij eos persoluant, efficiunt. Quos cõminatur scriptura inquiens, nõ claudas ora canentium, Deo.n.gratum est obse-
Ester.13.d quium eorũ. Hi ex officio canere debent dño,
Psa.12.b quia bona tribuit sibi. Hi nequaquam dicere possunt, exultabunt labia mea cum cãtauero tibi. Qũo enim taceant qui cantare iubentur? quibus propheta ait, psallite domino in vociferatione. Cantant plerunq;, sed non cum grauitate & modestia. Qui vtinam ex eorum numero essent qui dicere possent, in populo
Psal. 34. c graui laudabo te. Non enim cantat dño qui ex corde non psallit, cuius viæ impiæ sunt,
Pro.13. c. & ad secularia debacchantur. Quẽ & similis alius propheta signat inquiens, voces & victimæ impiorum non placent dño. Et iterum cãtica eorum quasi panis lugentium. Et rursum alibi, non psallebant ad me in corde suo ministri altaris, sed vlulabant in cubilibus suis.
Psa.118.x Qũo enim ecclesiæ cantores septies in die laudem dicunt dño? Qui vtinam semel chorum ingrederentur. Quippe verecũdum hodie putant canere dño, qui cantores appellari gestiunt. Oppositum apponunt in obiecto, & monstro simile tentant, cum cantores esse volunt, & cantare dedignantur. Non igitur canentes aut psallentes, sed potius silentes dicantur, quare nec vt canentes manducent, quippe vt silentes manducent. Magna itaque mysteria, magna calamitas, sed & magnum periculum est id negligere quod sunt, & ita agere, ne nomen consonet rebus. Canebant enim antiqui ecclesię ministri, sed diuerso calle. Nonnulli enim psallebãt cum gaudio, quia suum persoluebant ministerium, quos rex & propheta signat inquens, exultate iusti in domino, quia rectos decet decantatio. Alij vero cantabant dño corde & voce, nec eos te-
Psal. 32. a nebat psallendi fastidium, quos delectabat p
Psal.

uenien

ueniendi desiderium. Sic canebat Dauid in-
quiens, cantabiles mihi erant iustificationes
uæ in omni tempore. Hos certè cantores lau
lat, extollit, & commendat ecclesia: non vtiq;
os, qui totum psallendi finem in vocis dulce
line collocant. Qua de re sancti viri & sapiē
es, diuersas circa ecclesiæ cantum, tulere sen
entias. Athanasius enim meditās cantilenas,
nimos hominum plerunq; inanes, vanosque
fficere posse, cauendum canendi vsum in ec-
lesia interdixit. Meminerat enim sanctus
ir canendi delectationem vanos nonnun-
uam gignere conceptus, memor multo-
um nominatorum principum, qui incredi-
ilem curā vocis habuere, velut de Caio Cę-
re legimus. Taceo de Nerone, qui vltima
tæ suę hora prima inter quęrelas, quas pro
nqua mors afferebat, illa fuit, non quod tā
s princeps, sed quod tantus musicus periret.
eruntamen beatissimus præsul Ambrosius,
etatis appetens, diuiniq; cultus auctor &
stitutor, vt in ecclesia caneretur instituit.
urelius vero Augustinus, vtrumq; se passum
, difficileq; negocium iudicauit, vt in libro
nfessionum asseritur. Adde, quæ dicemus
de canonicis agemus. Qui igitur aures ha
t audiēdi audiat, ac si inter tāta picula con
tutus securè incedere cupit, agat iuxta præ

ota sui gradus, nec vsq̄ erit ei finis paruus.

API. XVII. DE DIGNITATE,
honore officij thesaurarij vel custodis ec-
siæ, & de his quæ ad eum pertinent. De-
m de plurimis oneribus, & calamitatibus,
ictionibus, defectibus, & periculis illorū,
talia officia habent.

THESAVRARIVS siue cu-
stos præcipua quadā prærogati
ua ac honoris præeminentia in
sacrosancta ecclesia fulget. Illo
rum.n. dignitati, & officio basili

carum primo incumbit custodia & tuitio, ostiariorum institutio, luminarium incensio, & præparatio. Cura deniq; conficiendi, conseruandique baptismatis, dirigendi baptisterij. Vasorom quoque sanctorum ac sacerdotalium vestium, necnon sacrarum reliquiarum, & tandem totius ecclesiæ thesauri ad eum principalius pertinet custodia; sed & inter ecclesiæ ministros pro modo obsequij & personarū differētijs, redditus & oblationes diuidit. Meritò igitur sancta synodus idipsum dignitatis officium, vt vnam ecclesiæ colūna summo studio eligendi honoriq; habendam decreuit, vt nullus in ea nisi sanctior, & melior ordinetur.

Sed ordo exigit pollicitus, vt huius dignitatis onera, afflictiones, & pericula, breuissimè audiamus. Imprimis igitur sacristæ siue thesaurarij ecclesiæ, aut cuiusuis reip, rectè stomacho corporis naturalis comparantur. Veluti enim stomachus recipit, quippe & cōseruat summa diligentia alimenta humano corpori necessaria: quæ tamen refundit virtualiter & effectualiter in membra singula; nec aliter thesaurarius conseruat ecclesiæ thesauros, & sua dispositione expensarum subsidia infunduntur, aut in ærarium ecclesiæ, aut in singulorum necessitates, principis aut communitatis iussu. Et ueluti stomachus pestifer est qui multa recipit, & recepta minime refundit in membra pro eorum nutrimēto; sic thesaurarius aut ecclesiæ custos multa ab ecclesia recipiens, & non conseruans, nec æqualiter pro singulorum vtilitate distribuens, pestifer est, multosque morbos in corpore ecclesiæ generans. Et de talibus ait

Iere. 4. c Ieremias; ventrem meum doleo. Et iterum

Esa.40.b Esaias: trangressorem ex ventre vocaui te. Si verò fideliter conseruat, atq; pro membrorum & personarum ecclesiæ qualitate, & præsidentis dispositione vtiliter distribuit, tan-

uā faluberrimus commendandus eſt. Hinc olicratus, recitat ſictā,ſed facetā ac vtilem bulā, de altercatione, & diſcordia inter ēbra & ſtomachū, eo quod ille deuorabat mnes labores eorū: nam, vt ait eccleſiaſtes, mnis labor hominis in ore ipſius. Tandem im veniſſent ad iudicium coram ratione, ıæ erat iudex,& ratio iudicaſſet, mēbra nil debere dare ſtomacho,illico membra delitata ſunt,& tremores in cunctis membris luertunt: quare eiſdem membris conquentibus iterum ratio iudicauit, vt alimen- ſtomacho à membris miniſtrarentur. ıo facto, membra refocillata ſunt, & pax nfirmata eſt. Et ob eam rem Policratus odit: quod theſaurarij eccleſiarum, & qui incipū tenent æraria,non ſibi,ſed commuati, & totius corporis reipu: coaceruare ɔent theſauros ipſos, & eccleſiæ reditus. Si m aut ſibi tenaciter conſeruat, aut nimia gitate exinanitus fuerit, nihil habebit qđ niſtris & eccleſiæ membris diſtribuat. Eccl. 6.c

ied iā ſpecialius ad huius officij labores, icultates, incommoda, atq; pericula dendamus. Theſaurarij itaq; ſiue cuſtodis di tas fateor, perdulcis eſt. Idq; eius nomen icat,ab auro dictū:nec mirū ſi nomen dele , cuius rē mortales tā auidè perquirimus. ectātia certe nomina,ſed difficilima offiſi rectè gerātur,alioquin perículoſa pluri atq; mortifera. Iucūdū nomē, ſed mœſtus ctus,atq; promptū periculū,ſi reddēda eſt uādo de receptis ratio. Taceo de neglecū ſcriptū ſit, maledictus homo qui agit s dñi deſidioſè. Baſilicarū igit ſacrorūq; iliū,ac vniuerſi eccleſiæ theſauri cuſtodia cura illius vnius, proh pudor, tuitioui ecūdè cōmittit:q plerūq;ſui nō rectā gerit odiā,q aut puer eſt,aut minus ad hoc ido ,nec ſatis notus.Et qđ periculoſius eſt,cui ętas,nec ingeniū,nec mores,nec īduſtria,

ad paruæ domus custodiam satis sufficeret, matricis principalisq; ecclesiæ templa, non modo turribus munita, sed sacris preciosisq; iocalibus ditissima, illorumque conseruatio, intrepidè demandatur. Mira confidentia, aut magna dementia, miranda facilitas, aut stulta securitas, Vereor ne hi sint illi custodes, quos Daniel signat, inquiens: custodes tui quasi locustæ. Sed oro, quo pacto luminaria in ecclesia accendent, ne lucis in domo dei desit splendor, qui semper obscuri existunt? aut quomodo qui dormiunt in tenebris, & vmbra mortis, alijs lucebunt? Quomodo rursus sacra tuetur, qui prophana intuetur? Quomodo reliquiarum sanctarum præciosa pignora venerabitur, qui titulum non vidit, nec eius auris audiuit, nec in cor ascendit, de reliquis & veneratione sanctorum? Quomodo dominicum corpus reuerenter tenet, qui spurcitijs adhæret? Quomodo solerter præstabit exactam custodiam cæterarum rerum spiritualium, cui assidua est cura rerum secularium? Adde, cui sacrarium carcer est, altare exilium. Iubentur siquidem custodes, vt in libris numerorum legitur, excubare in custodijs tabernaculi, quippe custodiã contra custodiã diligentissimè adhibere. Sed hi (vt alij filij Heli) concubinas mittunt ad custodiã domus dei. Deniq; reditus ac oblationes thesaurarius recipit, quas vtinã æqua lance diuideret. Sed forte malè dixerim, diuidunt inquam, sed non vt apostoli, prout vnicuiq; opus est, sed habenti dant, & nõ habenti subtrahũt id quod habere debeat, nõnunquã verò non seruienti, sed absenti tribuunt. Diuidit inquam à fratribus, non à se: sic partes distribuũt, vt totũ retineãt, expensas graues defalcat, qui lucra sensit: nõ parua dãna supputat, qui vltra sortem extorsit: & more proditoris dispensatoris sacrũ de sacro eripit, atq; dignitatis emolumentũ in sacrilegiũ vertit.

Ex quibus huius officij defectus, calamitates, & pericula facilè conspicies. Si igitur au res habes audiendi audias, & inter tot discri mina, & pericula versatus, sis prouidus. Tu us enim in hac via gradieris, si quod ordo requirit, sequeris.

CAP. DECIMVMSEPTIMVM, e dignitate,& prærogatiua officij scholasti i in ecclesia, & de his quæ ad hoc officium pectant. Denium de plurimis oneribus, af-ictionibus, & calamitatibus,ac defectibus, periculis scholasticorum.

SCHOLASTICI officium siue dignitas,nō modò honoranda,sed summè neccessaria in ecclesia fore dignoscitur. Vt enim ait Honorius in canone;scholarum magistri velut stellæ in perpetuas æternitates, doctrinæ lumen infundit. Hos meri ecclesia honorat atque præbendis atque dditibus nō modò præmiat,sed ditat,vt in aquaque cathedrali ecclesia clericos,& cæ ros scholares pauperes gratis instruant. uare illis ea de re tam opulenter prouidet, & docentis releuetur necessitas, & via pa- at discentibus ad doctrinam.

Sed huius officij calamitas, defectus afflio, & periculum,breui audire libet. Atque primis scholasticos, qui à sapiente scho- nomen trahit, nequaquam (vtputo) tam tuoso nomine oblectaretur, si uera sapien fulgeret. Vt enim inquit, laureatus poe- non eget titulis. sapientia solida, per se- am clara est. Quis lucernam vt videatur, li adhibet? Plurimi scholastici doctores t magistri dignitate insigniti, cum his ti- is obscuri, & absque illis clarissimi eua- e. Sed verum est,quia hodie mortales ti- os quærunt,non rem; laudem petunt,præ-

mium certe inane, exiguum atque sordidũ. Quæ res egentis ingenij signum est, quia vmbris gloriari, ac opinione non veritate duci volunt. Rursus necesse est, vt illud noscat qui scholastici dignitatem assumit, quia docendi non lasciuiendi nomen assumit. Docere enim eum oportet nõ nuda literarum instrumẽta, sed morum pręclara documenta, vt quod docet, in se teneat. Sed, proh dolor, assumuntur quidem scholastici in hac temporis tempesta te ad huiusmodi ecclesiæ officium, vt honoris assequantur dignitatem, licet nullam scientię habeant facultatem. Appellantur quod non sunt, nec nunquam didicerunt, quod docere contendunt, & quod verecundius dicam, & periculosius est, qui nusquam scholas viderunt, scholas regere profitentur. Magistri vocantur, qui nondum fuerunt discipuli, aut (si velis) magistri sunt erroris, qui nunquã fuerunt discipuli veritatis. Peritiam docendi pollicentur, qui apertè ignorantiam confitenrur. Facundiam dicendi hoc officiũ exigit, qui barbarismis vtuntur. Subtilitatem deniq; sacras interpretandi scripturas ea dignitas exquirit, qui vtinam simplicem intelligerént literam. Magna certe miseria, magna est magistri confusio id ignorare quod vocari delectat, vt recte ei apostolus dicat: qui alium
Eccl. 18.c doces, te ipsum non doces. Hos quidem ignorantiæ præceptores monet sapiens cum ait: antequam loquaris & doceas, disce audiendo. Quid enim tã turpe, quàm profiteri artem, quàm nunquam nouit? Et in eam committere, quæ eum decorat? Taceo eorum mores omni sanæ doctrinæ aduersos, cum dicat Boetius. Vas putridum corrumpit aquas, & omnis doctrina vilescit ex ignominiosa vita docentis. Sed vtinam quod per se non valent, per doctos probosq; viros explerent. Sed verum est, quia hoc habet omnis ignorans, vt tales cæteros appetat, do-

osq; persequatur, quia non facilè per cæte-
s explet, quod ipse oderit.

Qui igitur habet aures audiendi audiat,
q; inter tot calamitatum & defectuum peri
la cõstitutus, sic cautus: quia nulla ei noce
t aduersitas, si nulla dominatur iniquitas.

AP. XVIII. DE PRAEEMINEN-
& vtilitate officij Archipresbyteri: & quã
sit venerationis & de his, quæ ei cõpetunt.
mum de plurimis oneribus & afflictioni-
s, defectibus, & promptis periculis archi-
sbyterorum.

ARCHIPRESBYTER non
paruum honoris & prærogatiuæ gradum in Dei ecclesia
obtinet. Hic enim maior presbyterorum dicitur quia illis
præest, & in eos iurisdictionem
oertionẽ exercet: cui visitatio (vt sacri ha
t canones) aliquãdo personarum, regula
r vero ecclesiarum, ac fabricæ, competit.
& qua deuotione, quo ue ordine, baptis-
, cæteraq; à presbyteris conferantur sa-
méta, cura ei pertinet: hic ex singulari præ
atiua, absente epõ missas solénes in ciui-
ous celebrat, sacerdotesq; ad missas, & di
officia decantanda deputat. Hinc largo
iine prælatus, licet ruralis nũcupetur, ma
certe dignitas, cui magna cõmittuntur.
erùm quanta sit huius officij, & status ca-
tas, quanta afflictio, quantum periculum
conspicere libet, quia ipse archipresby
qui maior presbyteris nominatur, nomẽ
n retinet, rem autem ipsam diu perdit:
e vtinam cæteris præsbyteris non minor
vita & idoneitate, ipse qui gaudet no-
s maioritate. Maiores sunt vt potesta-
exerceant, non quidem in rectitudi-
humilitate, sed in rapinis, superbia
ousione. Sacrum est archipresbyteri

nomen, sed exercens profanus, clarus titulus, obscura res. Magna certe calamitas est, ex dulci fauo amaritudinem fundere. Visitat archiprebyter, qui plerunque visitandus esset, corrigere contendit, qui ad vitia tendit, ecclesias visitat, vt eas spoliet, non vt ornet, fabricę curam gerit, sed domus suæ, non mu-
Zac. 11.d rorum templi. Hi sunt quos proheta commemorat, suscitabo pastorem qui delicta non visitet. Adde, quia si visitant, non quidem in virga iniquitatis subditorum, aut in verberibus peccata eorum, nec ea visitatione quia
Psal. 88. c scriptum est: Requiram oues meas, & visitabo eas sicut pastor visitationes suas, sed visitant bursas, palpāt delicta, q merito audient, vos dispersistis gregem, deiecistis eos & non visitastis: quod crassum est, comedistis: quod infirmum non visitastis: quare, inquit propheta, visitabo præuaricationes sion. Et iterum. Visitabo super viros defixos fecibus voluptatis, videlicet, & auaritię.

Qui igitur habet aures audiendi audiat, & in tantis periculis constitutus, sit cautus: agat iusta eius officio incumbentia, & vitabit cuncta discrimina nocentia.

CAP. XVIIII. DE PRAEROGATIua & magna vtilitate officij canonicorum & quantum sit honoris & reputationis, & quid eis congruat. Demum de innumeris huius status oneribus & afflictionibus, defectibus, & periculis.


ANONICVS sicut honestū habet nomen, sic saluberrimum in ecclesia ministeriū gerit. Dictus est enim à canone vel regula, quæ cuncta ordinat & dirigit. Canonici itaque regulati & disciplinati dicuntur: quippe sua electione, regulatione, ac dispositione Episcopus eligitur, qui est ver

tex &

ex & norma cuiuslibet ecclesiæ, qui est secun
lum sacros canones, cunctorum est preordi-
ator. Nec ab re sancti Patres, canonicos cõ-
liarios episcopi fore decreuerunt; quare in
orpore reip. cordi recte comparantur. Nam
eluti à corde in corpore naturali est vita &
egimen; sic à canonicis episcopum eligenti-
us, & ei consulentibus, & omnium pene in
cclesia agendorum, regimen & directio pro
edit. Quæ res agit, vt non parua sit canoni-
orum honoris & tituli prærogatiua: qui pri
num in ecclesia gradum eligunt, simul & di-
gunt, quare huiusmodi status & vita, forma
nodo honoris, sed & emolumenti in Dei ec-
esia plurimum habet. Demum hic viuendi
odus tranquillus atque securus admodum
t, nullam curę animarum sarcinam habens,
uo fit, vt minor doctrinæ atque ætatis ido-
itas eis sufficere videatur. Adde, quia libet
tis obtinet satis, nec ad sacros arctatur or-
nes quippe quibus ad seculum redire, &
b sancto viuere matrimonio libet.

Verùm huius vitæ miserias, cruciatus, & de
ctus, calamitates, & pericula tu ipse audi,
i tam libenter huius status dulcia ausculta
. Imprimis itaque canonicus, qui, vt ais,
men à regula traxit, an sub regula viuat
o considera, atque hic repete quæ supra de
iscopis & cæteris clericis in communi dixi
is, duodecimo huius libri ca. Demum, quo
cto canonicus à regula dicatur ignoro, q
nonicè, & sub regula non viuit: qui (vt cæte
taceam) contra regulas canonum, plures
ebendas obtinet, & vnus ipse plurimorum
san meliorum loca occupat, quippe cum
n satis est vt vnus seruiat dãnabiliter mul-
um seruitia intercipit. Demum quanto li
iores sunt canonici, tanto licentius in plu
ia debacchantur vitia Nec vna vni suffi-
muliercula, nisi retentam in domo habeat
orem, concubinas vero & adolescentulas,

quarum non est numerus. Sed & quomodo sub regula viuant non video, qui episcopis non obediunt, sed resistunt; sæpeque in eos conspirant, armaque mouent, atque ne iustè ab ecclesiæ principibus puniantur, iniustè se principibus seculi fœderantur, sed & famulantur. Et (vt paucis agam) in tribus locis versatur canonici officium, in altari, in choro, videlicet, & in capitulo. In altari, inquam, reuerentia exquiritur. In choro honestas, & diuinorum deuota decantatio. In capitulo morum correctio, ac agendorum vnitas, & vtilitas. Pro his canonici in altari irreuerentiam vendicant, in choro dissolutionem, in capitulo lites.

Ad altare inquam irreuerenter accedunt, qui vt ait Hugo, licet ablutis manibus, lota facie, albis vestibus appropinquent; tamen peruerso opere, polluto ore, immundo corde Christi corpus, sacra vasa pertingere non erubescunt. Denique ad altare accedit elatus ad humilē, iratus ad mitem, crudelis ad clementem. Accedit seruus ad dominū, non charitatis supernæ amore, sed perdendi corporalis stipendij timore, non deuotione, sed coactione. Accedit rursus turbatus ab aliquo aut alios turbant: accedit, inquam canonicus ad altare vanus, curiosus, voluptati subditus, accedit ad mensam Christi non nisi aliquid temporaliter accepturus. Sed verum est quia accessit ad Iesum Petrus, tamen accessit & Iudas. Sed quo pacto deuotè accedent, qui legē domini nec sciunt nec discunt? Vacant enim ocio, & commessationibus, non libris, non contemplationi, non vtili actioni student, terrenis inhiant, temporalia sapiunt, assidui in plateis, in ecclesia rari, tardi ad prædicandum, parati ad leporis vestigia inuestigandum, velotiores ad congregandos canes, quàm ad alendos pauperes, plures illis ad mensam seruiunt, ad missam nullus.

Cyphus eorum calice preciosior, equus mis- Eccl. 35.b
sali carior, cappa eorum casula pulchrior, ca
misia delicatior alba. Non igitur eorum sa-
chrificijs Deus placatur, sed indignatur: quia Thre. 2.c
scriptum est, oratio iusti impinguat altare,
deprecatio impij non liberabit eum. Et iterū
spreuit dominus altare suum propter iniqui-
tatem ministrantium.

Rursus qualiter id choro versentur discu-
tiendum est, vbi tanto deteriores, inhonestio
resque canonici degunt, quanto honestiores
esse deberent, vbi mente uagi, attonitu ocu-
lis, habituq; dissoluti, prospiciūt per cancel-
los non pauperculas, sed mulierculas, aliud
cantant, aliud cogitant. In choro sunt cor-
pore, in foro sunt mente; mane in theatro, se-
ro in ecclesia, vbique nunc intus, nunc foris
exeunt inquieti, psalmorum verba non pro-
nunciant, quibus cantare pudori existimant,
quod si verba aliquando proferunt, eorum
sensum non attendunt, nescientes illud Greg.
vox psalmodię, cum ex cordis deuotione agi
tur, Deo per intentionem mentis cōiungitur.
Alij cantant, sed non quod libri habeant, sed
cantant, vt placeāt populo magis quàm Deo,
tanta quibusdam est leuitas vocis, quanta &
mentis, frangit vocem qui non frangit volū-
tatem, seruat consonantiam vocum, non mo
rum. Quibus ait Greg. quid prodest dulcedo
vocis, si adest asperitas mentis? Tandem can
tant, non cum Dauid iuxta arcam domini,
sed in palatio cum Herodiade, vt placeat di-
scumbentibus. Merito igitur chorus eorum
non exultationis, sed deplorationis effectus
est, vt dicere cogantur cum Hieremia, ver-
sus est, inquit, in luctum chorus noster. Sed
quid hęc? Vereor ne uerum sit, canonicos Thre. 5.c
nostri temporis fructus non facere suos, eum
plurimi chorum non essent ingressuri, nisi ali
quid extorquerent. Alij vnicè interessentes
horæ, totius diei emolumenta rapiūt. Alij ste

rilibus officijs sterile exhibent obsequiũ,pinguiora vero officia frequentant. Alij falsò infirmantur, vt distributiones percipiant, & in domibus delitescant. Alij, vt ita dixerim, infortunata hora qua intersunt non diuinorum decantationi, sed secularium negotiationi, nec diuinis officijs, sed humanis commercijs, nec orationi, sed vanæ confabulationi vacant.

Deniq; ad capitulũ canonici sed accedunt, vt litigent, vt, proh dolor, vbi litigia sopiri deberent, ibi nascantur, ibi culpa augeatur, vbi deleri debuit, ibi discordias gignunt, partes constituũt. Et(vt paucis agam) quoties canonicus capitulum ingreditur, toties domum periurus redit. Prece enim, aut præcio, odio, fauore, aut timore, longè aliud consulit, quã aut conscientiæ aut ecclesiæ vtilitas exposcunt, ibi non modesta discussio, sed clamorosa confusio, fitq; capitulum officina discordiæ, cum esse debuit mater concordiæ. Congregantur, non vt se corrigant, sed detrahãt: nec fit de animabus sermo; sed ipsi loquuntur de extrinsecis; ducunt ad capitulum oues & boues. Et ibi, (vt paucis concludam) nec Maria locum habet, nec Marta compescitur, quia nec bona actio ventilatur, nec Mariæ silentium custoditur. Taceo de electione episcoporum, in qua caro, & sanguis, ac mammona iniquitatis, longè plus possunt, quam ordo iustitiæ & vnitatis. Cum vero capitulũ canonicos creat, aut cætera cõfert beneficia, non ad merita, sed ad volita dirigũnt vota sua, nec ad lõgiora obsequia, sed propinquiorã trahuntur commerita. Veluti vnus ex sanctis ecclesiæ doctoribus non tam eleganter, quam facetè, in ecclesia argentina accidisse refert. In ea enim cum de conferendis certis in ea ecclesia vacantibus prebendis, canonici discordarent, altero nepotem puerum, altero filium, altero fratrem ignobilem nominan-

tibus,quidam Romanus inibi canonicus,asellum qui plusquam.xx.annis ei seruierat, nominauit,asserens in conscientia:quia propter diuturna seruitia, quæ asinus ecclesiæ fecerat dignior cunctis nominatis erat. Quis igitur ea omnia recolens,iucundus,tranquillus, aut securus esse potest?Et,vt inquit Bernard. quis in tantis periculis constitutus, ac tantis bonis destitutus,non intra vrgetur,non vritur, non cruciatur? Qui igitur habet aures audiendi audiat,& inter tot miserias, laqueos,& pericula sit cautus,viuatq; sub regula, qui à regula nomen accepit:non enim timebit æterna supplicia,si studebit vitare seculi vitia.

CAP. XX. DE PRAEEMINENTIA, necessitate, & vtilitate officij sacerdotum curatorum,rectorum curam animarum habentium. Demum de plurimis huius status laboribus,& calamitatibus, defectibus & periculis.

RECTORIS, curatique sacerdotis,eximia est dignitas, atque pernecessarium,saluberrimumq; ministeriũ. Habet.n.in primis illum familiarissimum atque salutiferum ad veri corporis Christi accessum assiduum,in quo est redemptio,vita,& salus nostra. Deinde quanti honoris, & emolumenti temporalis hoc ecclesiæ officium existat, beatus August.patenter insinuat. Nã illud apostoli exponens,presbyteri q bene præsunt duplici honore digni hñtur,sic ait:p̃sbyteri q bene p̃sunt vita & doctrina, digni certe habentur à subditis duplici honore, scilicet vt spiritualiter eis obediant, & exteriora bona ministrent. Nec solum honore sublimi premiari debent, sed & terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum temporalium, & gaudeant obedientia spiritualium. Demum ex eo rectoris & curati dignitas honor & vtilitas comprehenditur,quoniã,vt inquit Greg. 1.Ti.5.c.

Nazianzenus,ſpirituale eſt eius officium,me diatorem eſſe populi apud Deum. Vnde Rabanus:non qualiſcunque dignitas ſacerdotũ eſt. Hinc enim forte datum eſt, vt mediator ſit inter Deum & hominem vt per eos genus humanum creatori reconcilietur. Adde, hic pro populo orat, hic ſordes eius abluit, hic vice Chriſti peccata condonat,hic claues regni cœlorum pœnitentibus aperit,hic baptiſmum,quo Chriſti nomine cenſemur,& ei cõiungimur,cæteraq; miniſtrat ſaluberrima ſacramenta:vt meritò de illo dici poſſet ꝙ ſcriptũ eſt:quia ipſe comedit peccata populorũ.

Oſee. 4.b Super eſt vt huius officij calamitates,afflictiones,defectus,& pericula ſuccinctè narremus:quorum plurima in duodecimo huius ſecundi libri capitulo, diſſeruimus,cum in cõmuni clericorum omnium miſerias,onera,& labores,tetigimus:ſed & illis nõnulla addenda ſunt,quæ ineſſe cæteris eccleſiaſticis officijs diximus,præſertim cum de canonicis egimus. Parua tamen ex multis ſingularius eis congruentia afferemus, vt vnuſquiſque, niſi mente obcæcatus exiſtat, facilè huius vitæ formulæ,calamitates,& pericula cõſpiciat. Fateor igitur,ſumma ẽ dignitas, ſummus honor,curam animarum habere: quod ex eo facilè cõſpicitur, quoniam ſumma eſt honoris,prærogatiua corporum, rerumq; quibus non parum animæ præſtant,regimen gerere. Sed oro, conſideret rector qualis ipſe debeat eſſe,qui cæteros regendos imò corrigendos ſuſcipit,ꝙ tanto eſt periculoſius,quanto pauci ſeſe corrigant. Attẽdat curatus vires ſuas, qui animarum ſarcinam ſuper humeros portat. Non enim,teſte Chryſoſt. dignitas, non officium facit ſacerdotem, ſed ſacerdos officium:nec locus ſanctificat hominem,ſed homo locum. Ideo ſubdit:quia malus ſacerdos, aut rector de ſuo miniſterio crimen acquirit, non dignitatem. Qui enim alios purgandi cu

ram suscipit, alijs sanctior purgatiorque esse debet. Vnde idem Chryso. magna est confusio, magnum periculum sacerdotum, quando laici inueniuntur fideliores eis, atq; iustiores. Quomodo autem non erit confusio, illos esse inferiores subditis, quos etiam æquales esse confusio est? Sed inter cętera in eo sacerdotum curatorum imminens periculũ versatur, quia non modo sua, sed, vt ait Isidorus, populorum iniquitate dãnantur, si eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non corrigunt. Quod & beatus Gregorius testatur. Ait enim, quia sacerdos causa est ruinæ populi. Quis enim se pro populi peccatis intercessor obijciet, si sacerdotes, q eam curam habent, grauiora committant? Quare meritò grauissimo supplicio sunt destinati. Sunt enim, eodẽ teste Gregorio, veluti aquę sacri baptismatis: quę peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœlorum mittit, & ipsa in cloacam descendit. Qui enim aliorum delicta in se suscipiunt, non tam suam quàm aliorum vitam inspicere debent: quia quorum sudoribus viuunt, quorum sanguine lautè pascuntur, dignum est vt eorum culpis plectantur. Hinc idem Gregorius, qui de oblationibus fideliũ viuunt, quas illi pro peccatis suis obtulerũt, si comedunt & tacent, eorũ proculdubio peccata manducant. Quare non tam rectorum dignitas extollenda est, quam illorum periculum deplorandum. Quod Bernard. summis eiulatibus lachrymatur inquiens: egressa est iniquitas à sacerdotibus tuis domine, qui videntur regere populum tuum. Non est iã differentia, vt populus, sic & sacerdos. Heu heu domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in ecclesia tua populum regere. Quis enim animarum rector intus non affligitur, cũ sciat curã subditorũ suo periculo suscepisse? De quo scribit sapiẽs, de fixisti extraneum manum tuã, illaqueatus ex

Esa.24.a

Pro.6.a

verbis oris tui. Quis est curatus aut rector, q infirmatur cum infirmo subdito? Quis cum scandalizato vritur? Quis cupit fieri pro fratre anathema, & subditus? Quis ponat animã suam pro subditis? Quis curatus est Samaritanus, qui ligat vulnera subditi? Quis facit se cum misericordiam? Quis ducit eum in stabulum, ecclesiam Dei? Quis reddit quæ ultra ei necessaria sunt, qui vtinã vitæ necessaria non auferret? Quis curatus hodie ẽ alter Ioseph, qui frumenta in Aegypto diuidat, cum sint promptuaria eorum plena? Quis liberet pauperem à potente, & inopem, cui non est adiutor? Quis rector est hodie mœrentium consolator? Quis, vt alter Iob, de velleribus ouium suarũ imò ecclesiæ, calefacit pauperes? Quis viatoribus ostia aperit? Quis curatorum dicere potuit cum Moyse: tu scis bene, quia nec asellum, nec quid aliud acceperim ab eis, nec quenquam afflixerim? Quis cum Samuele audaci animo dicet subditis, loquimini coram dño & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quẽpiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, illudque restituam vobis? Quis cũ Ambrosio vasa sua conflat, & dat captiuis & pauperibus? Quis cũ Paulino Nolano episcopo, vt inquit Gregorius, pro redimendo filio parrochianæ viduæ, mitram, baculum, & indumenta pontificalia vendit? Sed certe iam mutatus est color optimus, & dispersi sunt lapides sanctuarij, qui meritò sunt ecclesiarum rectores, qui dispersi sunt, non solum in plateis, sed in capite platearum: quia publicè honorari volũt de imagine sanctitatis, in quibus non est virtutis existentia, nec veritatis. Sunt enim fermento pharisæorum (quod est hypocrisis) saginati: qui mœsto vultu cum fletu ad altaria domini virtutum accedũt, in quibus Spiritus sanctus non habitat, qui, vt inquit scriptura,

Psal. 71.c.

Nu. 16.c.

1. Re. 12.a

Mat. 16.a

effugiet fictum, meritò repellit eum dominus & munera eius, quia non vero corde accedũt. Quos pulchrè Malachias signat, operiebatis, inquit, lachrymis altare domini, & fletu, & mugitu gemebatis, vt vos populus sacrificaret. Et (vt paucis multa pertingam) solum eis curati & rectoris nomen relictum est, cura ipsa atque regimen perijt. Deficit eis pietas, mansit authoritas, qui galli erant, castrati effecti sunt, canes non valẽtes latrare, rectores plebium vaccæ Samariæ sunt, & ditati non mugiunt, nec via regia gradiuntur. Hi (vt dicit Bernard.) Non tam facilè optarent honores, si curæ considerarent labores. Nec modò ea quæ diximus pericula, rectores & sacerdotes comitantur, sed alia contra ordinis & officij sui naturam damnabiliter amplectũtur. Sunt enim inuidi & inobedientes superioribus, quibus inuident & detrahunt. Rursus nouum curati facinus committunt. Non enim contentantur cæteris rectoribus viuos, sed mortuos subtrahere parochianos; procurant enim sibi in testamentis aliquid relinqui. Taceo, quòd sacramentum pœnitentiæ ministrantes, in ipsum sacramentum committunt. imponunt enim pœnitentibus missas, quas ipsi pecunia se celebraturos pollicentur, pœnitentias non discretas imponunt, nulli sunt illis casus reseruati, certatim omnes de omnibus absoluunt. missas, & cætera eis incumbentia, pro defunctis onera, non persoluunt, celebrant non reconciliati, vocati confessiones non audiunt, plerunque sine sacramentis subditi eorum negligentia moriuntur, admittunt excommunicatos ad diuina, non prædicant populo, sed à populo prædicantur. Quo enim pacto prædicabunt, qui literis operam non dederunt. Aut quomodo alios docebit, quem nullus docuit? Sed verum est illud Cœlestini, in quadam epistola, quod ante Hieronymus dixerat, quia abiectissimæ

Esa. 56. d

artes addiſcuntur, ſolum ſacerdotium vilius eſt, quod ante ſumitur quàm addiſcitur, auidius quæritur, quam cognoſcitur, facilius tribuitur, cum tamen difficilius impleatur. Denique rectores animarum facti ſunt corporũ ſuorum craſſatores. Impinguati enim, dilatati, & incraſſati, buccas rubentes habentes, diuerſis epulis ſaginati, facile, vt inquit Hieronymus, ſpumant in libidines. Sed quid tã perfunctoriè loquimur de vinolentia, de crapula, ac cæteris gulæ irritamentis ſacerdotum, & aliorum qui eccleſiaſtico nomine cenſentur? Qui aiunt comedamus bibamus & moriamur, qui viuunt vt comedant, quorũ Deus venter eſt, quia ventri vacant, & ad ventrem (vt ad eorum ſummam fœlicitatem & finem) cuncta ordinant: nec eis ſatis eſt vti cibis qui in ea qua degunt patria naſcuntur, ſed Deũ & naturam emendant. Nam vltramarinis & forenſibus vinis, ac cum magnis impenſis adductis ferculis ſaginantur, quibus nõ vna ſufficit prouincia, diuerſitate vinorum lætãtur, non conſiderantes, quia vnius vini potus patriarcham. Noe per ſexcentos annos ſobriũ, temulentum fecit. Et vt Hierony. ait. Loth per ebrietatem inſciens, libidini miſcuit inceſtum: & quod dictu mirabile eſt, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.

Deu. 32. b

Gene. 9. d

Sacerdotibus enim lex ꝓhibet vini vſum. Sed & cæteris qui præſunt, ne obliuiſcantur iudiciorũ Dei, modernis vero ſacerdotibus, & eccleſiæ miniſtris lõgè magis mera abhorrenda forent, quibus dignitas honorabilior eſt, & operatio ſanctior, qui vinolentia, ac ipſa exquiſita epularum auiditas miniſterium vilificant, perſonas dehoneſtant, conuerſationem deturpant, & poſtremò cæteris laſciuiendi cauſam præbent. Teſte enim Grego. cum maiores voluptati deſeruiunt, nimirum minoribus laſciuiæ frena laxantur. Taceo commemorari dilectam ab eis philargiam, id eſt,

amorem pecuniæ, plurimi certe eorum aurum sitiunt, aurum bibunt, vt conseruent carni & sanguini. Rectores moderni non pastores, sed raptores, ouiumque tonsores, non ad viridia pascua ductores, non piscatores, sed negociatores: non dispensatores bonorum crucifixi, sed voratores: sic sua falsò quærunt, vt quæ vera sua sunt, perdant, pro pecunijs celebrant: corpus Christi vendunt cum Iuda, de mammona iniquitatis sacramenta ministrant. Vereor satis, an rem sacramenti conferant, sacra emunt, sacra vendunt; sed gratiam non infundunt, quam non habent, aiunt nihil accipimus gratis, nil damus gratis, dicentes quod comparauimus, vendimus: quia mercatores parati sunt vendere, quæ carius ipsi emerunt: sed his lucrum est in bursa, damnum in conscientia, nulla in eis grauitas, & (vt ait canon) nihil in eis defendit industria. Sed audi quàm acerbè eos comminatur ecclesia, quàm offendunt. Ipsa enim clamans ad sponsum ait. Duplici contritione contere eos domine Deus noster, quia tanta rapacitas, tanta proteruitas, tanta segnities, duplici eos pœna conterit, anima & corpore, dum hic egere, & in labore inutili viuere, & bonis suis gaudere non sinit, tandem gehennam vsque perducit. Iere. 17. d

Qui ergo aures habet audiendi audiat, & inter tot pericula positus, viam quærat securitatis, qui tam propinquus est discrimini tempestatis, narrata pericula non pauebit, si curam subditorum dignè tenebit, Paucula certè de cunctis ecclesiastici status dignitatibus, officijs, & ordinibus enarrauimus: dulcia pariter & amara tangentes. Quare iam faciemus finem, quia finis non esset, si quis conaretur plenè narrare cūctas miserias & labores, aculeos, & pericula huius status, videlicet, pontificalis, & sacerdotalis.

Verumtamen, nè quis ista legens ex tanta multitudine laborum & pronitate periculorũ statum ecclesiasticum perfectum & dignum, aut reprobet, aut damnet, intelligat sane præ dicta vera esse de illis episcopis & clericis, qui malè, negligenter, & perfunctoriè curam pastoralem gerunt, quibus prædicta & maiora pericula parata sunt. Si tamen dignè administrant, eo maiora gloriæ præmia habent destinata. Et hoc est, quod paucis verbis dicit Aug. quia nihil periculosius, aut damnabilius in hoc seculo episcopi & presbyteri officio, si perfunctoriè agatur: sicut nec beatius, & Deo acceptius, quàm si eo modo militetur, quo imperator noster iubet. Itaque non est periculum in statu, sed abeuntibus statu, nec est reprobatio in dignitate, sed in deturpantibus dignitatem, in qua nimirum si sit multitudo laborum, vbi est excellentia honorum & præmiorum.

CAP. XXI. DE SECVNDO STATV spirituali videlicet religiosorum, & de motiuis, & auctoritatibus, ad probandum statum ecclesiastici ordinis simpliciter præferendum esse statui religionis, & per consequens ecclesiasticum ordinem esse præeligendum.

SVPEREST agere de secũdo statu spirituali, videlicet religiosorum, & primò adducũtur rationes & motiua ad probandum statum ecclesiasticum simpliciter præferendum esse statui religionis, & per consequens videtur quod episcopi & ministri ecclesiæ in dignitate & perfectione status sint religiosis præferendi. Primò enim illud aperte probare videtur Hiero. Nam & ad Rusticum monachum sic inquit: Viue in monasterio, vt clericus esse merearis. Et ite-

rum alius ſapiens, vix bonus monachus mediocrem clericum facit. Et iterum ad Heliodo. alia eſt cauſa clerici, alia monachi. Clerici oues paſcunt, ego paſtor. illi de altari viuunt, ego vt ſecuris, quæ ad radicem arboris fructuosè ponitur, ſi munus ad altare non offero. Et iterum: mihi ante presbyterum ſedere non licet. Illi ſi peccauero, licet me tradere ſatanæ. Vides ergo dignitatem, & excellentiam clericorum ſuper monaſticam vitam. Denique quis dubitat bonum publicum præferendum eſſe priuato? Conſtat autem clericorum & prælatorum vitam magis populo fructuoſam fore, quàm religioſorũ. Vt enim dicit Grego. nullum Deo magis acceptabile eſt ſacrificium, quam zelus animarum. Clerici ergo cum magis fructificent, meritò ergo eorum ſtatus monaſticæ vitæ præferẽdus eſt, qui proprie duntaxat ſaluti intendit. Demũ nemo hæſitat, quin Helias longe perfectior fuerit quocunque monaſtico viro, quod ex eo maximè conſtat, quia Chriſtus Ioannem (quo inter natos mulierum alius non fuit maior) in perfectione inducit, dicens in euangelio Lucæ, ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Et iterum, in Matthæo dicit: Si vultis ſcire, ipſe eſt Helias. Super quo verbo Chryſoſtomus pulchrè ad propoſitũ loquẽs, ſi talem aliquãdo mihi adduças monachum, qualis, vt exaggerationem dicam, Helias fuit, non tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis & multorum peccata ferre compulſus, immobilis perſeuerauerit & fortis. Hi autem ſunt eccleſiaſtici & prælati, qui populorum ſaluti continuò ſtudent. Sed nec illud obmittendum eſt, quoniam cui amplius committitur, ille magis meretur, ſi bene miniſtrat, quam ille, cui minus commiſſum eſt. Conſtat tamẽ, quòd viris eccleſiaſticis & prælatis amplius eſt commiſſum, quàm monaſticis viris. Accedit, quoniam perfectio ſeu ſu-

Mat.11.b

1.Co.13.a

blimitas alicuius ſtatus non acquiritur ſine charitate, iuxta illud, ſi habuero omnẽ ſcien tiam & fidem,ita vt montes transferam,charitatem autem non habeam, nihil ſum. Conſtat tamen charitatem proximorum magis ineſſe clericorum ſtatui, propter animarum curam, quam habent. Pręterea ſi meritum vtriuſque ſtatus conſiderare libet, illud veriſſimum eſt, quoniam meritum hominis con ſiſtit in liberando innocentes de manibus for tiorum & tyrannorum, in quorum perſona dicebat Iob,conterebam malos ab iniquo & de dentibus illius auferebam prędam. Quod magis fit per ſtatum clericorum, & pręlatorum, quam monachorum. Vnde Hierony. ad Paulinum ait,quod ſancta ſimplicitas ſolum ſibi prodeſt: & quanto plus ędificat eccleſiam Dei ex vitæ merito,tanto plus nocet,
Eccl. 31.b ſi contradicentibus non reſiſtit. Demum magnitudo meriti conſiſtit in magnitudine conatus,ad vincendum magnam promptitudinem, & incitamentum ad peccatum,quia inquit eccleſiaſticus. perfectus & beatus eſt,qui potuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus, facere mala,& non facit. Talis ergo magnitudo conatus potius eſt in ſtatu eccleſiaſticorum,quàm religioſorum.

Poſſent in hac re plurima adduci,ſed breuitatis gratia prædictis rationibus cõtentor: quibus quidam probare videntur epiſcopos, & cæteros miniſtros eccleſiæ, in ſtatus & dignitatis eminẽtia, & perfectione præferẽdos eſſe religioſis, & per conſequens eccleſiaſticum ſtatum eſſe præeligendum. Veruntamen quid tenendum ſit,in ſequentibus capitulis explicabitur.

CAP. XXII. DE PRIMA COMPARatione horum duorum statuum, videlicet, qualiter hi duo status clericorum & monachorum se habent alter ad alterum comparatus, & quis eorũ sit simpliciter eligibilior, quantum ad eminentiam, & perfectionem status, ac etiam vitæ & sanctitatis.

CONSIDERANDVM rursus occurrit atque discutiendũ, qualiter hi duo status, seu viuendi modi, ecclesiasticorum videlicet, & religiosorum, inuicem se habent, alter ad alterum comparatus, respectu eminentioris vitæ & perfectioris status. In quo articulo licet plurima dici possent, breuissimè tamen, & sub quodam epilogo dicendum est, secundum sanctorum doctorum sententias, illud esse verissimum, videlicet episcopos, non solum cæteros omnes ordines, & ministros ecclesiæ militantis, sed & cunctos religiosos, & regulares viros perfectiori modo repſentare apostolos; & ideo super omnes eminentiores, & in perfectiori statu fore. Nam manifestum est, quòd episcopi succedunt apostolis in regimine ecclesiæ. Vnde Paulus ad eos ait, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo spiritusſanctus posuit vos episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Pro qua re apertius declaranda, præsupponendum duximus, quod quatuor singulariter, & principaliter fuerunt collata apostolis à Christo, & episcopis eorum successoribus, quæ magnam in eis excellentiam, & status perfectionem designant. & in quibus episcopi apostolis succedunt, & eos præ cæteris imitantur. Primò, virga potestatiua in susceptione temporaliũ stipendiorum. Vnde in Marco legimus, præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgã, vt nomine virgæ potestatem à Christo re-

Acto. 20.f

Mar. 6. b

ceptam de recipiendo temporalia stipendia intelligamus, secundum Augu. Secundo claues in iurisdictione administrationis sacramentorum. Vnde ait Christus Petro, tibi dabo claues regni cœlorum. Tertiò, data est in sufflatio spiritus, in remissionem peccatorũ.
Ioan.20.e Vnde apud Ioannem legimus, insuflauit & dixit; accipite Spiritum sanctum, quorum peccata remiseritis, & cætera. Super quo Grego. inquit, licet intueri inquantum culmen gloriæ perducti sunt apostoli, vt uice Dei quibusdam peccata relaxent, quibusdam retineãt, quorum nũc in ecclesia episcopi locum tenent. Quartò, data est dispartitio linguarũ in prædicatione verbi Dei, vt in actibus apostolorum legimus, quia apparuerunt apostolis dispertitæ linguæ ad prædicandum verbũ Dei. In his ergo quatuor episcopi apostolos excellentiori modo repræsentant, quam quicunque religiosi, & ideo sunt in perfectiori statu. Adde quintum, propter votum perpetuæ curę ouium suarum, vsque ad animam & sanguinẽ. In qua re perfectiori modo apostolos represẽtãt, quam omnes religiosi. Quod votũ curæ animarũ in consecratione sua fecerunt vouẽtes animas suas ponere pro ouibus suis, in quo voto tam excelsæ charitatis oẽs religiosos excedunt: quia teste redẽptore, ma-
Ioã. 15. b iorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Summus ergo gradus perfectionis est in episcopis, quia eorum dignitas perfectam charitatem iam acquisitã requirit, non acquirẽdam. Si verò, seclusis episcopis, præsbyteros, & cæteros ministros ecclesiæ ad religiosos cõparare volumus, hoc tripliciter cõsiderare, & intelligere possumus. Primò, quantum ad humani conatus voluntatem. Secundò, quantũ ad operis qualitatem. Tertiò, quantum ad vtriusq; status quidditatem seu primitatem. Primò modo pręfertur opus operi, vel status statui

tatui ex voluntate operantis. Qui .n. promtiori voluntate, & cũ maiori conatu facit opus, ad quod tenetur, maioris perfectionis, & maioris meriti est. Si ergo isto modo opera religiosorum, & presbyterorum adinuicẽ comparentur, incertũ est, quæ opera sint maioris meriti, & maioris perfectionis: quia planum est, quòd illorum opera maioris meriti, & perfectionis sunt, qui cum promptiori voluntate, & cum maiori conatu ipsa operãtur.

Secundo vero modo quantũ ad operis quantitatem, virginitas præponitur coniugali vel viduali continentiæ in bono. In malo vero, homicidium præponitur furto. Similiter vita actiua præponitur contemplatiuæ, quia fructuosior. Cõtẽplatiua vero præponitur actiuæ, quia merito maior & perfectior, secundũ quem modum cõparando, aliqua opera particularia quæ faciunt presbyteri, sunt perfectiora aliquibus operib⁹ particularibus, quæ religiosi faciunt: sicut magis est intendere saluti animarum, quàm ieiunare, quàm silentiũ tenere. Et aliqua opera, quæ faciunt religiosi, perfectiora sunt quibusdam operibus, quæ faciunt presbyteri: & isto modo habent se sicut excedentia & excessa.

Sed tertio modo, comparando opera religiosorum ad opera presbyterorum, in ordine ad primam quidditatem & radicem, à qua progrediuntur, puta in ordine ad radicem illam, qua religiosi totam eorum vitam Deo vouere, & se, & sua in Christi obsequium perpetuò tradiderũt, longè sunt perfectiora quocunq; singulari opere presbyterorũ. Et eodẽ modo in perfectione, vita religiosorũ ad uitam presbyterorũ comparatur: sicut infinitũ ad finitum, vt dicit Anselmus in libro de similitudinibus. Quãuis .n. in bono abstinẽtia sumptioni cibi præferatur, sumere tamen cibum cum aliquo propter charitatẽ, pfertur abstinentiæ. In malo verò quis adulteriũ pferatur

furto, furari tamē gladium ad occidendum, est grauius quàm adulterium. Sic quàmuis presbyteri in aliquo particulari opere possunt preferri religiosis, ex adiuncta tamen radice ppetuę obligationis, qua se in Christi obsequium religiosi tradiderunt, simpliciter in perfectionis statu preferendi sunt. Et hanc opinionem aliqui eximij doctores tenēt. Alij vero affirmant archidiaconos, & curatos, & alios inferiores ecclesię ministros esse in excellentiori perfectionis statu & maximè propter tria, quę eis specialiter cōueniunt. Primò propter potestatem. Secundò, propter ad
Luc.10.c ministrationem officij. Tertiò, propter honoris pręconium. Potestatem enim receperunt à Christo in persona discipulorum, quando dictum est eis Lucę.x. ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit, ac si diceret. Dedi vobis potestatem eijciendi omne genus immundorum spiritum ab obsessis corporibus, ne putaretur esse dictum de bestijs, vt Chrysosto. exponit. Istud autē reprę sentāt presbyteri in sacramētorū administratione. Administrationis vero officiū receperūt, quando dictum est: in quā cūq; domū intraueritis, primū dicite: pax huic
Luc.9.a domui. Quia enim bonorū omniū pax mater est, sine qua cętera inania sunt ideo Christus discipulos primo iussit pacē offerre, tanquā bonorū omnium initium, quorum ministros eos faciebat, vt Chrysosto. dicit. Hos autem reprę sentant prę sbyteri in euāgelij prędicatione in quo primo nuncianda est pax, iuxta
Ro.10.c illud ad Rom.x. quā speciosi pedes euangelizantiū pacem, euāgelizantium bona. Istud autem reprę sentāt presbyteri in plebis curę susceptione: pro qua donec ipsam tenēt animā, & vitā propriā tenentur exponere. Sed honoris præconium receperunt, quando reuersi cū gaudio dixerunt domino: demones etiā subij

ciũtur nobis in nomine tuo. Gaudebãt enim, vt glo.dicit:quod quasi sublimes effecti,terribiles hominibus & dęmonibus erant. Hoc autem repręsentant presbyteri in subditorum iurisdictione & coertione:à quibus si bene eis pręsunt, duplici honore debent haberi, vt dicit Apostolus. j. Timo. v.

Per hæc igitur, quę proximè dicta sunt, cõcludunt aliqui doctores, etiam inferiores ministros ecclesiæ, in eminentia & in perfectione status, religiosis præferendos esse, vel saltẽ eos fore in perfectionis statu. Hanc itaq; opinionem pręd!cti doctores roborare videntur per rationes & auctoritates superius allegatas, cum de excellentia & perfectione episcoporũ & ministrorum ecclesiæ actum est:ad quas qui religiosos inferioribus ecclesię ministris præferunt, respondent, prout in vigesimoquarto capitulo videbitur.

CAP. XXIII. DE ALIA COMPARATIONE illorum duorum statuum, clericorum & religiosorum inter se ad inuicem, videlicet, quis sit elegibilior tanquam simpliciter humanior, & tolerabilior.

POST prędictam cõparationem horum duorum statuum, videlicet, ecclesiasticorum & religiosorum, quantum ad perfectionem status, alia comparatio succedit, quis videlicet, horum statuum clericalis, vel regularis eligibilior sit, tanquam simpliciter humanior, & tolerabilior. In qua re, vt mihi sanè videt, qstio ipsa facti est. Vterq; .n. viuendi modus excellentissimus, atq; sanctissimus ẽ, in quorũ quolibet diuersę vię ad salutem reperiri possunt. Nec.n. Christus spõsus ecclesiæ plenè illi prouidisset, nisi secundũ diuersas infirmitates, seu vires suorum fi-

delium, sic diuersos viuendi modos, ad vnū tamen Dei cultum tendentes instituisset. Hinc ipse ait, in domo patris mei mansiones multę sunt. Et iterum scribitur, in via domini alius sic, alius sic ibat: omnes tamen non ad diuersos fines, sed ad vnum properantes, & vt Deo diuersis tamen gressibus famulentur, & si alius currat, alius plane vadens ei non inuideat, cum vterq; metam attingat: quę diuersitas vnitas est, quia ad vnum Dei cultum diuinitus ordinata. Ea igitur decora diuersitate, atque fulgida vnitate floret atque splendet Dei ecclesia, tam pulchra fidelium suorum vnanimi varietate. Nihilominus tamen inter istos status seu viuendi modos, vt supra tactum est ex diuersis casibus & respectibus, alter istis, alter illis eligibilior est. Vnde ait Dionysi. nonnulli sunt in via perficiendorum, & ad perfectionis acquisitionem aliquo indigent, quod alijs non expedit. Nam ad deprimendas passiones, arcta vita, videlicet, per abstinentiam ac exercitia vigiliarum expediret. Alijs verò non habentibus illas passiones, nō congrueret. qui forte defectus suos alio exercitio, vel diuinæ gratiæ auxilio supplere possent. Nam veluti secundum doctrinam apostoli, in vno corpore multa sunt membra, nō idem officium habentia, & quod vni congruit, alteri plerumque est nociuum, sine offensione corporis, sic plerumque vna viuendi forma, quę aliquibus est ad salutem, alijs cedit in perniciem, & econtra. Profecerunt certè sibi & multis in ordine ecclesiastico, cōplures quos numerare operosum foret. adeò, vt dicere mihi rectè posset aliquis tanquam de stellis cœli: numera si potes: sic Nicolaus fulsit, sic Gregorius summus ipse Pōtifex, sic Paulinus episcopus Nolanus, scilicet opulentissimus, sed & in regulari & monastica vita effulsit. Itē Basilius, Benedictus, Hieronymus, Dominicus, atque Franciscus:

t plurimi quibus domus domini referta est. nter quos nonnulli aut diuino motu superaque inspiratione vocati, aut varijs ex caus ex altero statu ad alterum expirarunt: in uo beati euasere, sine tamen prioris status iminutione. Hinc Benedictus, hinc Dominius, & quãplures strictiore feruore Deo famuari cupientes, & seculi consortia fugientes, x clericorum ordine ad regularem vitam ransierunt. Hinc rursus Augustinus, Gregoiusque eadem vocati inspiratione & profiiendi fidelibus vberibus zelo succensi, ex ıonastica religione ad ecclesiasticum epi-copalis ordinis gradum sanctè & meritoriè ommearunt. Vnusquisque igitur, prout secũ um apostolum destinauit in corde suo, sic anc vel illam viam eligit, vires suas con-iderans, secundum finem sibi intentum. Est nim vterque status, vt tactum est, non præepti, sed consilij & supererogationis, nec mperatur, sed suadetur. Et veluti de virgini ous apostolus ait: qui potest capere capit: & le matrimonio secundum eundem apostolũ, lerumque melius est nubere quàm vri. Ita n his statibus dicendum est. In quibusdam orte vtilius foret, vt per spirituale matrimo iium ecclesię nubant, quàm vltra vires inexertas sub stricta regulari vita retro respiciẽ es, vitam deserant incœptam. Itaque inexertis, imbecillib⁹, & infirmis putam⁹, quod latus ecclesiastici ordinis tanquam humaıior, & tolerabilior est præeligendus, nisi al iori inspiratione quis de super ad aliam itam vocatus, aut spirituali & corporali diumento roboratus fuerit. Accedit ad hoc, nia eligere actus est voluntatis & virtutis, irtus ergo ipsa consideranda est, iuxta philosophum, secundum electionem medij, quod n recta ratione consistit. Ecclesiasticus itaq; latus attenta humana fragilitate, & promtitudine peccandi, quandam viam mediam,

Mat. 19.b
1. Co.7.a.

& rationabilem viuendi habere videtur. Habet enim religiositatis satis, habet & aliquid humanitatis, seu laxitatis. Quod si forte dicatur religionis: vitam etiam eodem respectu simpliciter fore eligendam, pro eo quod habet tolerantias, & moderationes suas ad iudiciũ prælatorum, nec vltra pręcipitur, quã rationabiliter supportari possit, & quod dato quod quis in religione cadat, habet resurgendi remedia propter intentionem ad Deũ erectam, habet denique fratres, à quibus iuuari potest. Fateor illud verũ fore, tamen illud idem, quod eisdem religiosis ex permissione fit, seu indulgentia, clericis fit ex iure communi. Quod enim toleratur aut indulgetur, constat legi derogare, atque aliquando prohibitum esse, & si aliquando sine causa indulgeatur, conscientia vrgetur, & intus bellum nascitur, vbi quietari speratur, maximè propter instituta, & arctissimas cuiusq; religiõis constitutiones, quibus se arctari vouerunt, & ad multa alia quorum transgressio, aut contemptus mortale plerũq; inducit peccatum, quæ omnia nõ ita acriter clericis contingũt. Demum eaipsa remedia, quæ religiosis competunt ex tolerantia, vel fratrum præsidio, etiam clericis communia esse possunt.

Circa secundum verò quis status, seu viuẽdi modus prædictorum pręeligendus sit tanquam sanctior & perfectior, dictum est in præcedenti capitulo.

CAP. XXIIII. ASSIGNANTVR responsiones ad obiecta contra religiosos pro tuenda illorum opinione, qui sentiunt religiosos esse in perfectiori statu, quàm sint decani, archidiaconi, & alij inferiores clerici post episcopũ, vbi discutitur, quæ sit perfectior vita, actiua, vel contemplatiua, & de earum adinuicem comparatione: & de alijs hanc materiam tangentibus.

LIBET IGITVR pro tuenda illa opinione, quæ habet inferiores ministros ecclesiæ post episcopos, non æquari religiosis quo ad statum perfectionis respondere ad nonılla obiecta superius adducta, quæ prore videntur archidiaconos, curatos, & ædictos inferiores ministros, ad religios comparatos prefect'orem, aut saltem ıualem statum in ecclesia obtinere. Et anquam per ea, quæ dicta sunt, satis raones ipsæ solutę videantur, particularius nē ad singulas, singulæ fient satisfactiones. imò igitur dicebatur, quia monachis lici n est transire ad statum presbyterorū, tanā ad perfectiorē: quia, vt inquit Hierony. rasumptiuè in canone. xxiij. q. j. dicitur. viue in monasterio, vt clericus esse meris. Respondetur enim quòd monachus quam monachus nō habet officiū clerici rcere, veruntamen inquantum literati & cti sunt, licitè possunt promoueri ad preseratum, & curam monachalem aliorum ere; perfectionem tamen status nō habet llo transitu, sed ex perpetua obligatione i. Et ita licet fiat presbyter, non dimittit fectionem monachalem: ideo subditur præfato decreto: Multo tempore disce, postmodum doceas, & inter bonos, sem meliores sectare. Deinde adducebat l Hiero. ad Heliodo. vbi dicebat Hiero. i scilicet monacho ante presbyterum re non licet. Illi si peccauero, licet me ere satanæ. Ex quo videtur, curam aniım habentes in perfectiori esse statu qui is, religiosis contemplationi vacanti- aut saltem in statu perfectionis esse. licendum est omnes ministros ecclesię n perfectionis statu, modo quo supra m est, videlicet propter officij admini-

ſtrationem. ſed talis perfectio ſtatus ſecundũ eos, qui hanc opinionem tenent, magis accipitur comparatiuè quàm propriè. Vnde canones appellant ſtatum clericorum gradum quendam, vt inferius latius tangetur. Poſtea verò dicebatur: bonum publicum præferendum eſſe bono priuato: & cum curati gerant officium publicum, quia curam animarum, quo zeló ſeu officio ſecũdum Grego. nullum eſt Deo acceptabilius, vt religioſi ſolum intendant proprię ſaluti, videtur curator eſſe in pfectiori ſtatu. Quibus reſpondetur quòd quamuis abſolute intendere bono publico, ſit maioris perfectionis quã intendere bono priuato, hoc eſt in genere operis perfecto, intendere tamen perfectè bono priuato vel ſaluti proprię prefertur illi, qui imperfectè intendit bono publico. zelus enim animarum ſacrificium eſt acceptum Deo, ſi ordinate fit: qui ordo eſt, vt quis primò habeat curam ſalutis ſuæ, & poſtmodum aliorum, quia vt ſcri-
Mat. 16.d bitur Matt. 16. & tranſſumptiuè in canone. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Denique reſpondent alio modo, videlicet, ꝙ ea quæ dicta ſunt, bene probant curatos, & inferiores miniſtros eccleſiæ ſi rectè agant, poſſe eſſe in perfectionis opere, ſed nõ in perfectionis ſtatu. Quia prædicti miniſtri eccleſiæ non ſuſcipiunt plebis aut parochiæ ſuę curam cum perpetuò obligationis voto: quod ex eo patet, quia eam deſerere poſſunt, aut renuntiãdo, aut per religionis ingreſſum; ſoli ergo epiſcopi cum voto perpetuo ſuſcipiunt curam animarum, & ideo ſine licentia apoſtolicæ ſedis illam deſerere poſſunt. Rurſus quod obijcitur de Helia, de quo Chry. dicit, ſi talem aliquẽ adducas mihi monachum, qualis Helias fuit, non tamen illi comparandus eſt, qui traditus eſt curæ populorum, & cętera. Ad quod dicitur ꝙ Chryſo. non intel-
lexit

lexit de ſimplici presbytero, ſed de epiſcopo. Quod ſi loquatur de ſimplici presbytero, non intendit præferre ſtatum presbyteri ſtatui religionis, ſed intendit quòd periculoſior eſt ſtatus habentis curam animarum, quàm religioſi in contemplatione viuētes & per conſequens ſeruare ſe innocentem in maiori periculo: indicium eſt maioris virtutis. Sed quãuis maior virtus requiratur ad hoc, ꝙ aliquis ſe præſeruet immunē à peccato inter populos, quàm in religione: maioris tamen virtutis eſt vitare pericula religionem intrando, quàm non vitare pericula inter populos viuendo. Item obijciebatur: quia preſbyteris & miniſtris eccleſiæ magis committitur, videlicet cura animarum, quàm religioſis, & per conſequens ſtatus eſt maioris perfectionis & meriti. Ad quod dicitur, ꝙ aliquem agere vel adminiſtrare dupliciter contingit. Si enim ille, cui plus eſt cōmiſſum, maiora faciat, aut plus ſeruiat, indubiè plus meretur, quàm ille cui minus committitur, & minus faciat, Sed ſi ille, cui minus cōmittitur, maiora & perfectiora faciat & plus ſeruiat, magis meretur, quam ille, cui magis eſt commiſſum & minus ſeruit. In vtroq; igitur ſtatu clericorũ & religioſorũ iſta duo reperiri poſſunt, ꝑ quæ uis argumenti ſoluitur. Ad aliud autem ꝙ dicebatur de merito & perfectione, quod conſiſtit in cura animarum, ſupra reſponſum eſt in ſolutione ad argumentum, quod ſiebat de publico & communi bono priuato præferendo.

Subſequenter, non obſtat quòd dicebatur, quia liberare innocentes de manu perfidorũ maximę perfectionis & meriti eſt, adducētes etiam illud Hier. quia ſancta ſimplicitas ſolũ ſibi prodeſt, ſed tanto plus nocet, ſi contradicentibus non reſiſtit. Dicendum eſt, ꝙ illa magnitudo meriti intelligitur ex parte mentis, ſi quis tantum proficit in cōtemplatione, vt

propter Deum velit intédere saluti proximo rum: et cum aliquo detrimento contéplationis. Hoc. n. modo certum est, ꝙ ad maiorem perfectioné charitatis pertinet, quàm simpliciter vacare cōtemplationi. Et hoc est, quod Isido. in li. de sum. bono, ait. Bonũ est igitur corporaliter remotum esse à mundo, melius tñ remotum esse à voluntate. Optimum autẽ & perfecti meriti est, vtroque esse remotum.
Eccl.31.b Quod etiam dicebatur, quia magnitudo meriti consistit in magnitudine conatus ad vincendum promptitudinem peccandi, quia beatus est qui potuit transgredi & non transgressus est, quæ prōptitudo magis inest ministris ecclesiæ, quàm in religiosis. Dicendum est, qđ magnitudo meriti hominis erga Deũ ex tribus potest insurgere. Primò, ex parte merentis. Secundò, ex parte principij formalis quo quis meretur. Tertiò, ex parte operis meritorij. Si igitur magnitudo meriti pensetur ex parte merentis, quando, aliquis contemplatione Dei, & in Christi amore tantum creuit, vt ad tẽpus cupiat detrimẽtum pati suæ fruitionis propter Christi gloriam, ad procurandam proximorũ salutem modo, quo dicebat
Rom.9.a apostolus ad Rom. ix. cupiebam ego esse anathema à Christo pro fratribus meis. de quo Chrysost. dicit in libello de laudibus eius, quòd sicut ferrũ in ignẽ missum non est aliud quàm ignis, sic anima Pauli diuina charitate incensa, non erat aliud quàm charitas. Talis ergo puto magis meretur in vita actiua saluti proximorum intendens, quàm in vita contemplatiua, contéplationi vacans. Vnde Paulus hoc elegit tanquam maioris charitatis, & maioris meriti. Electio enim non est nisi de
Phil.1.c maiori bono. Vnde dicit ad Phil. j. coarctor enim ex duobus desiderium habens dissolui & esse cum Christo, quod mihi multo melius est, permanere autem in charitate, necessarium propter vos. Et hoc cōfidens scio, quia

permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum. Super quo verbo dicit glos. quod elegit Paulus non quod sibi melius erat, sed qđ multis expediebat propter charitatem, quæ supereminet omnibus. Si verò consideretur principium formale, quo quis meretur, putāt aliqui quòd maioris meriti est contemplatiua vita, quam actiua. Cum enim principium formale merendi sit charitas, sicut magis meritorium est diligere Deum secundum se, quā diligere proximum, sic maioris meriti est vita contemplatiua, quæ directè de suo genere ordinatur ad dilectionē Dei, secundum quem modum intelligitur illud Gregor. vj. moral. vlti. cap. Marthæ cura non reprehenditur. Mariæ vero contemplatio etiam laudatur, quia magna sunt vitæ actiuę merita, sed contemplatiuæ sunt potiora. Verùm si consideratur opus meritorum, videntur se habere sicut excellentia & excessa, quia respectu meriti accidentalis, cum tale meritum detur secundum genus, operis, maioris meriti potest esse actiua vita, potior quam contemplatiua. Et isto modo nedum episcopi, sed presbyteri & sacerdotes curam animarum habentes, in excellentiore, & perfectiore statu sunt, quàm religiosi. Et de istis loquitur August. Valerio, nihil est in hac vita difficilius, periculosius, laboriosius, episcopi, presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctoriè agatur. Sed apud Deū nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Si verò vtrunque seu vtranq; vitam sumimus respectu meriti essentialis, quod respondet charitati tanquam radici merendi, putant aliqui simpliciter maioris meriti esse contemplatiua q̃ actiuam. Alij verò famosi, & moderni doctores cōparando istas duas vitas adinuicem, distinguunt: quia quantum ad eorum substantiā simpliciter potior, & per cōsequēs pferenda est cōtēplatio vt dicitur in cap. nisi cum pridem. de renun-

tiatione. Ipsa est enim securior, & magis suauis, paucissimis indigens,& propter se eligenda tanquam quietissima.quorum contraria cõtingunt operibus actiuæ,& secundum, hunc modum cõparandi contemplatiua simpliciter est melior, & præferenda actiuæ. Si verò comparantur,quãtum ad eorum vsum, tunc distinguunt. Nam quia vsus respicit operis executionem, executio autem actionis duo respicit,scilicet ipsos ad quos est, scilicet subditos, & ipsum exequentẽ scilicet prælatum. Si primo modo comparentur,sic actiua præferenda est contemplationi, quia pluribus vtilis est, & magis fructuosa,vt dicitur in dicto decretali,licet illa sit securior & magis suauis:quia infœcunditate sobolis, lippitudo Liæ Rachelis pulchritudini est prelata vt dicit Greg.super Ezechielem exponens illud erat Lia lippa,sed fœcunda. Si verò comparentur secundo modo, aut est ad illud dispositus & idoneus,aut non; si non, tunc melior est sibi vsus contemplatiuę,quia sibi potest ibi proficere,sed in actiua,nec sibi nec alijs. Si vero est idoneus, aut accedit vocatus & necessitatus, aut propria voluntate. Si secundo modo contemplatio pręcellit,quia actiua non præcellit nisi proueniat ex coactione,& necessitate,si verò coactus,tunc simpliciter actiua præcellit quò ad vsum eius,& sic siue cogatur ab homine, vel ex charitate,vel propter necessitatem proximorum,& talibus melior est actiua, quàm contemplatiua. Nã per talem actionem augetur charitas, & ad præferendum aduersa,& contemplandũ optima,& sic sua actio est melior alijs, quam sua contemplatio:est etiam maioris meriti. Et sic patet ꝙ quo ad vsum vitæ pręsentis talis actiua est simpliciter melior,& status eius,& etiã opera magis meritoria.Fatemur tamen,ꝙ cõtemplatio est realiter præeligenda,quia plures inueniuntur ad hoc idonei,qui in actione

deficerent. Si tamen homo esset assecuratus, ꝙ populus indigeret, & quod bene gereret illam curam, etiam sine periculo peccati posset illam desiderare & se ingerere,& velle magis hoc fieri per se, quàm per alium. neq; hoc esset præsumptuosum, quia licitum est appetere maius meritum,sicut fecit Esaias. Itaque talis vita tanquam bona simpliciter est præeligenda. Ex quibus apertè monstratur,quomodo intelligendæ sunt rationes adductæ ꝑ parte illorum,qui putant statum clericorum inferiorum ab episcopo, perfectiorem esse statui religionis.

CAP. XXV. DE EXCELLENTIA, & laudibus vitæ monasticæ & religiosæ. Et de plurimis causis propter quas præeligenda sit,quàm alius viuendi modus.

MONASTICAM religiosamque vitam,præconijs laudibusque efferre,nō puto aliud fore, quam lucem ipsam,facibus adiuuare. Habet enim hoc vitæ genus ea omnia quæ ad benè,beateq; viuendum conferunt, quæ ad veram fœlicitatem conducunt,& vt paucis omnia comprehendam, id habet proprium religiosorum vita, vt Deo propinquior, acceptior quæ cæteris esse videatur. Qui enim inquit apostolus, adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Nam & Hiero. fatetur meliores non posse inueniri quàm ꝙ in monasterijs profecerunt. Vnde & Aug. in libro de operibus monachorum, illos sanctiores esse testatur, qui à conspectu hominū separati, paucis ad se prębent accessum, sed Deum contēplantur. Quis enim dubitat quin deferentes mundum & tumultum seculi, & se seculi oblectamentis segregantes, Christo conformentur,& ab eo facilius confortētur? 1.Co.6.d

prosequitur super illud Apoc. mulier fugit in
Apo.12. b solitudinem, sed neque illud permittendum est, quoniam in cæteris huius vitæ occupationibus, & viuendi modis, illud hominibus cõmune est, vt tẽpora transeant & non redeant. Religiosi tamẽ viri illud facilè agere possũt, non tantum ne tempus fugiat, sed ne pereat. Occupantur quidem religiosi aliqñ lectione, plerunq; oratione, nec altera alteram impedit, sed auget. Succedit demum diuini verbi prędicatio, qua Deo nulla gratior occupatio esse potest. Demum itur ad bonarum artium studia. Discunt enim, aut docent, scribũt que posteris doctrinam ad erudiendos saluãdosq; homines: nullumq; illis tempus vacuũ est. Et cum, teste Cicerone, nihil dulcius bene impensi temporis memoria hac locupletissimi sunt religiosi. In cæteris siquidem viuẽdi modis consideremus hominum tempora. Primo infantiam ipsam, siue pueritiam in vanos ludos, adolescentiam & iuuentutem in libidinem & auaritiam. Senectam vero & senium in quęrelas, in cruciatus & dolores corporis, in suspiria, in lamenta consumimus. Religiosi verò infantiam in artibus addiscẽdis, in diuino cultu imprimendo, adolescentiam verò in altioribus studijs, senectutem verò in docendo, prædicando, Deoq; vacando, & contemplando, fructuosè expendunt. Et vt paucis agamus, inter monasticam vitã, & cæteras viuendi formulas, illud interest, quia quò magis illi nituntur, vt salui fiant, tãtum isti conantur vt pereant. Quinimò quantum illi nos ad saluandum inuitant, adiuuãt, atque cogunt, tantum nosipsos præpedimus.

Cæterum, religiosorum vita ex quinq; causis excellentior atque perfectior cæteris videtur. Primo quidem quia dignior, veluti quã Christus eligere visus est, & apostoli secuti sunt. Secundò, quia securior: nam vt inquit August. pro mille cadentibus in religione,

cadent decem millia in feculari vita.

Tertiò, excellentior eſt vita monaſtica: quia dulcior atque iucundior:nõ enim habet amaritudinem conuerſatio eius, nec tædium conuictus illius,ſed gaudiũ & lætitiam. Quartò,quia ſanctior,& Deo proximior per adhæſionem contemplationis. Vnde quidam ſapiens religioſorum vitam rectè per dexterã deſignat,ſecularem vero vitã per ſiniſtram. Vnde ſuper illo, leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, recte inquit, ſecularis vita ſub leua eccleſiæ ponitur, quia iuuat ad ſuſtentationem. Sed dextera id eſt, vita religioſa,Chriſtum ſpõſum eccleſiæ amplexatur,dum eius innocentiæ & contemplationis amplexibus delectatur. Sapi.8.b Cant.2.a

Sed & his alia quinque addenda ſunt,propter quæ monaſtica vita perfectiſſima, atque excellentiſſima habetur. Primò,quia temporalium ſollicitudinis minus habet. Secundò, quia ad ſpiritualem adhæſionẽ maiorem habet aptitudinem. Tertiò, quia maiorem recompenſationem ab ea ſperat. Quartò, quia in ea maiorem vnuſquiſque habet ſui poteſtatem & fruitionem.Quintò,quia in ea vnuſquiſq; facilius vitat humanorum periculorũ promptitudines. Rurſus monaſtici viri nedum in his,ſed plurimis alijs cũctis vitæ modis præferuntur. Alibi enim negotiantes foris quietem quærunt, quam religioſi intra ſe habent. Illi temporalibus ſtudent, ſecularibus implicantur, vanitatibus inuoluuntur,& dum inferiores plurimos habere delectãtur, ab interioribus & ſenioribus elongantur. Diſtrahuntur alibi homines propter ea,quæ foris ſunt,& infœliciter amittunt præcioſiora, quæ intra ſe ſunt, vt rectè cum Bernard. dicant: quanto magis ad mundum accedimus, tanto magis à Deo recedimus. Deſiderant enim qui extra religionem degunt videri ſapientes, dum operum bonarum

penuria, & vera ſapientia ſtulti efficiuntur. Credunt foris lucrari, dum ſeipſos perdunt, cœleſtia appetere videtur, dum carnei eis oculi ſunt. Quanto magis in temporalibus redduntur ſolliciti, tanto magis à ſpiritualibus efficiuntur mendici. Cæci quippe ſunt, & duces cæcorum. Omnia enim diſponere, ordinare, & ſcire præſumunt, dum ſeipſos diſtrahunt. Illa præterea differẽtia inter ſeculares & religioſos apertiſſima eſt: quoniam, vt inquit Hugo de ſancto Victore, in illis vigilat ſpiritus Dei, dum in cæteris dormit: viget in illis ratio, in iſtis ſenſus, in his ratio extinguitur: feruet in illis amor Dei, in iſtis amor mundi: hi mundum diligunt, dum illi relinquunt: illi omnium obliuiſcuntur, & vnuſquiſque vnicæ matris ſuæ continuè recordatur, iſti verò omnium quæ ſunt mundi recordantur, & ſe obliuiſcuntur. Illi caduca, hæc & terrena ampleɑuntur & ad ea ſummopere aſpirant, dum iſti ea, quæ ſupra terram ſunt, deſiderant. Hi greſſu proprio currunt ad interitum, dum monaſtici ad ſalutem feſtinant. Religioſi omnia propter Deum dimittunt, dum temporales viri Deum relinquunt propter omnia. Sed certè non falluntur: ea enim funeſta cæcitas vicem eis reddit: quia cum propter eos omnia Deus fecerit, iſti propter illa Deum dimittũt: quare iuſtè eos omnia dimittunt. Seculares denique prudentiores videntur: in qua re huius ſeculi ſe homines comprobant: quia, vt ſcriptum eſt, filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis. Iſti ad ea, quę Dei ſunt tardi, pigri, tepidi atq; inertes ſunt: nec cogitant quò tẽdere debeant, viã ſciunt, ſed ſcienter deuiant: & ſi qui eam neſciunt, illam non inquirunt. Quinimò religioſorum vitam, quia humilẽ, quia ſeculo abiectã, quia mollibus indutã, abijciunt, & vitã eorũ putant inſaniã. Qui paulopoſt videbunt quo modo computati ſunt in numero ſanctorũ,

Mat. 15.b

& fors illorũ inæternum. Patet ergo huius regularis, & monasticæ summa excellentia, & perfectio, super cæteros temporales status.

CAPIT. XXVI. DE DIFFICVLTATIBUS vitæ religiosæ, & laboribus, & aculeis religiosorum in genere.

RELIGIOSAM atq; monasticam vitam laudabilem atque perfecti, & Deo acceptam esse nemo est, qui ambigat. Verùm alia alijs congruunt, & diuersi ad diuersa aptiores sunt. Deniq; aliud est religiosè viuere. Multi nomine religiosi sunt, pauci re. Plurimi religiosè viuere cœperunt, qui superstitiosa vita finierunt: & vt quidam ait sapiens: dulce negocium, iucundũ nomen religionis est, sed progressus difficilis, veluti in quo vitæ statu homini libertas, voluntas, ac voluptas, & affluẽtia admittitur, & vt breuibus dicam, ipsa quoq; quę natura cõcedit, sancta religio prohibet. Fateor, in monasterijs Deus ipse noscitur, ibi Dei notitia, amor, & cultus habentur, ea tamen in cæteris vitæ statibus impleri possunt: & vtinã tam dignè, tam rectè implerentur ab hominibus, quàm sciuntur. Scit enim vnusquisque quõ placere Deo possit, idq; si agat, verè religiosos est. Se enim Deo ille religat, qui in pietate & humilitate Deum colit, & insolentias stirpat. Fateor, ea commodius in monasterijs fieri, si facultas corporis, animiq; vires suppetunt. Deniq; quietẽ animi in religione monastica inueniri aiunt. Quib⁹ ego dicere possem, si quietem animi speras, aut optas, cur ergo in bello stas? Quocunq; igitur in statu viuas, qs tibi bellũ infert, nisi tu vnus? Qđ ergo tu tibi aufers, quare in alio statu speras? Deniq; cõsidera illud Isidori, quoniã ad Dei quietudinẽ nõ acceditur passibus corporis, sed mentis specu

lationibus. Vidisti tu plurimos religioso ha bitu indutos, per inquietudines discurrentes, apostatantes, & alios propter inopiam rerũ necessariam ab incœpto operę cedentes. De quibus scriptum est: quoniam propter inopiam multi deliquerunt. Quanquam illud fateor non sacræ religioni, sed eorum improbitati imputandum est: veruntamen deliberatione, & consilio non paruo opus est. Quare, vt ego puto, monastica, religiosaque vità ab illis potissimè eligenda est, qui causam nõ timent. Imperfectis enim & fragilibus, & nondum vitiorum mortificationem superantibus, experiendum dixerim, non profitendum, aut verius differendum. Præterea religiosi nonnulli huius temporis ab vtero regulę suæ aberrantes: quo enim modo conuersentur, quoue obedientię paupertatis & castitatis tramite religionem obseruent, tu ipse nõsti. In quibus, vt mihi videtur, maior ẽ periculi timor, quam spes proficiendi. Hinc quidam sapiens illud threnorum exponens lapides sanctuarij dispersi sunt. Plangunt, inquit, religiosi implicati temporalibus negotijs, quia non est actio secularis vitæ, quã hodie non administrent religiosi: discurre singulorum occupationes & officia, religiosos adesse videbis. Secularia enim negotia seculariter pertractant, ad quæ vtinam proficiendi gratia, aut vocati accederẽt. Sed, proh dolor, sese ingerunt cupiditatis, vel adipiscẽdæ dignitatis gratia, aut forte lasciuitatis, & habendæ exemptionis, vt excutiant collum ab obedientia suorum prælatorum, agentes contra principalia eorum vota, per quorum obligationem positi sunt in statu perfectionis. Et quãquam prauorum hominum facta, bonos à bono non retrahant, quinimò sicut pęna suos actores, sic innocentia suos tenet sectatores. Nihilominus hæc quorundam religiosorum praua exempla, & si aliquos à re-

Thre. 4 a

ligione penitus non arceat, cogunt tamen vt differant quousq; se experiantur. Quibus colligitur hunc statum non parum laboris, & difficultatis habere.

CAP. XXVII. PARTICVLARIVS, & latius de promptitudine periculorum huiusmodi status in specie, & de malis religiosis, & abusibus illorum.

POST difficultates, & labores prædictos, quos nonnulli in genere adducunt, circa monasticã vitam afferunt & alia particularius de promptitudine periculi huius status. Aiunt enim quia pericula monasticæ vitæ ex plurimis conspicere libet, eo prȩsertim, quia cum peccata effugere vix possimus, cõstat in eodem genere peccandi longè grauius religiosos peccare, quàm cæteros homines. Quis enim dubitat (vt sanctus Thomas refert) religiosum grauius peccare fornicando contra votum continentiæ, grauius peccare contra votum paupertatis, grauius denique peccare, in obediendo contra votum obedientiæ? Deinde quis dubitat religiosum grauius peccare ex contemptu, quia vt sancti aiunt doctores, per contemptum videtur ingratus beneficij recepti, cum per religionem sublimatus sit ad perfectionis statum; quinimò & Dei filium conculcat, atq; vituperat p contemptũ. Contra quos Hiero. conqueri videtur, inquiens illud sapientis: quid est q dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Denique grauios peccat propter prompta scandala, cum multi eius vitã vt speculum respiciunt. Quos idem Hiero. signat. Ait enim cum propheta Ieremia. Vidi similitudinem adulterij, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum, non vt cõuerteretur vnusquisq; à malitia sua. Con- Iere. 11. c

fortauerunt inquam manus pessimorum, qa malo eorum exemplo mali quodãmodo confortari videntur eos videlicet sequendo in sceleribus,quos sequi debuerunt piè & sanctè viuendo. Est igitur periculosus contemptus in religioso:quia(vt Thom. ait) cum religiosus venit in contemptum, incorrigibilis efficitur,& omnium est pessimus:adducens illud Hieremię. Cõfregisti iugum & dirupisti vin-
Iere.2. d cula mea. Vnde Bernardus ad Eugenium:quę maior peruersitas,qui maior cõtemptus, quã post perfectionis votiuam ꝓmissionem, voluntariam obligationem, post sacri habitus susceptionem, post exemplorum virtuosorũ patrum multitudinem & perfectionem,redire ad peccata,sicut canis ad vomitum? Illorũ præcepta,contemnere, quos totius vitę & actionis suę iudices loco Dei eligit. Et subdit, Magna monachi dignitas, sed magna eius damnãtio si quæ sunt monachi, agere prætermittit.

Cæterum huius status labores,& difficultates non negauit August. ad Vincentium Donatistam. Ait enim: Fateor charitati vestræ coram dño Deo nostro,qui testis est super animam meam,ex quo Deo seruire cœpi,quoniam difficile sum expertus meliores posse inuenire, quàm qui in monasterijs ꝓfecerunt, ita nec peiores,q̃ q in monasterijs defecerũt,
Apo.22.b vt hinc arbitror in Apoc. esse dictum. Iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescet adhuc. Attendenda ergo sunt Augu. verba. Fatetur enim meliores non reperiri quam qui in monasterio profecerunt, sed nec peiores quàm qui defecerunt. Constat.n. longè plures deficere,quam proficere. Nam, vt Hier. inquit,rara est virtus atq; difficilis, & à paucis appetitur. Sed & philosophus in Ethicis ait: Difficile admodum fore tenere medium virtutis, quare longè plures deficiunt, quam attingunt:veluti sagittantes ad

ſignum medium,plures deficiunt quàm ſignũ tangant. Vnde quidam ſapiens non miratur quare plures homines ſint vitioſi, quàm virtuoſi,maximè quia peccare multis modis cõtingit, & vnico defectu q̃s redditur vitioſus: ſed nequaquam quis virtuoſus & innocens erit,niſi omni concurrente virtute,quæ inuicem connexæ noſcuntur. Vnde ſaluator multos fore vocatos ait, ſed paucos electos. Et, propheta clamat:quia multi quoque defecerũt. Et iterũ, omnes ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonum, vt bonorum raritatem atque parcitatem deſignaret. Cũ ergo in omni ſtatu plures deficere arbitrãdum ſit, religioſos grauius deficere non eſt ambiguũ. Quis enim non cernit religioſorum tam copioſam numeroſitatẽ, ſed quis non videt paucorum ſanctitatem? Quis non cernit multorum religioſorum ſuperbiam & elationem, ſed quis non videt paucorum humiliationẽ? Plurimi certe ſunt religioſi, ſed,proh dolor, tales (vt cum Bernar. loquar) ſub habitu religionis animum ſecularem & ſub pannis cõuerſationis habere inueniantur cor altum in ſeculo,& peruerſum ad religionis opera. De quibus idem Bernar. ait:doleo de multis qui poſt ſpretam populi pompam conuerſari deberent in ſchola humilitatis, grauius inſoleſcere, & impatientes amplius fieri in clauſtro,quàm fuiſſent in ſeculo. Et quod magis periculoſum eſt,pleriq; in religione non patiuntur haberi ſe contemptui, qui in domo ſua ſeculariter viuentes,non niſi contemptibiles eſſe potuerunt. Præterea in eo verſatur quàm maximè religioſorum periculum,quia cum ſint religati Deo,dum ſe ligatos fore dolent,ſe amittunt ſolutos, non conſiderantes, quod bene ligata ſecurius cuſtodiuntur, ſoluta verò facilè perduntur. Multis rurſus aculeis & laboribus ſtatus religionis eſt refertus & plurimis periculis expoſitus.Quis enim

dubitat, teste Ber. grauissimum esse inter affluetas epulas esurire, inter delitias pteritas macerari, inter vestes preciosas & multas algere, & inter diuitias quas ostendit mundus, offert diabolus, desiderat noster appetitus eas contemnere? Profectò hæc grauiora existũt, quanto grauius à paucioribus tolerantur. Fateor certè, quia (vt Bern. ait) non desunt religiosi in claustro, qui hoc pacto volũt esse pauperes, vt nihil eis desit. Deniq; volo religiosi casti sint & pauperes. Quid tñ dices de periculo arrogantiæ, vanæ gloriæ, quæ non nisi meliores tentant? Vnde Hiero. plus est dispo suisse animum, quam cultum, difficilius arrogantia, quàm auro carere & gemmis. His .n. abiectis gloriosi interdum tumemus sordibus, & vendibilẽ paupertatem populari aurç offerimus. Sed ad alia transeamus. Quis talis religiosus est, quem Ber. ipse describit, qui in nullo prorsus aut resistit prioribus, aut inuideat paribus, aut subiectis plenè obsequatur, socijs congruens, subiectis vtiliter omnibus cõdescendens, fugax voluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, diues in scientia, humilis ad merita, superbus ad vitia, qui ita huic mundo moritur, vt soli Deo viuere delectetur? De his Eusebius dicebat: qm̃ taliter in monasterio viuere, perfectio est, sed aliter cõuersari magna dãnatio est. Sed certè potius eos imitantur, de quibus idem Ber. ait, qm̃ superbiæ, inobedientiæ, & auaritiæ student, quarum primæ culpæ casus attulit & labor, tertiæ lapsus timetur. His tribus periculis, tres claustralium ordines subijciuntur, scilicet, qui sedem prælationis quærũt, & præesse non valent. Alij qui nec obediunt, nec obedire volunt. Tertij familiares Iudæ loculos portantes, & in occulto detrahentes. Sed vt paucis multa comprehendam, si studia, si mores, si vitam plurimorum religiosorum co-

gnoſcere uis,conſidera, quia illis capitulum hoſtis eſt,extra murmur & inuidia, in nocte nullas vigilias habent,nec in die labores. Laborat monachus,vt fiat abbas.Abbas ventrofus. Prior incraſſatur. Mendicans blanditur potentibus, terrena diligit,Suſpitioſus clauſtralis,Burſarius pecunioſus,Infirmarius cõcubinarius,Capitoſus ſacriſta, Sine oratione conuerſi, Fratres ad quæſtum prædicant, Guardianus equitat,Prouincialis proclamat, Generalis generat.

Præterea de huius ſtatus periculo vide qđ Ber. dicat in quadam epiſtola, moriens vix vnquam aliquis in cella ad infernum deſcendit,quia vix vnquam in cœlo prædeſtinatus in ea vſq; ad mortem perſiſtit. Itẽ labores & pericula huius ſtatus apertiſſimè demonſtrat Grego. in regiſtro,inquiens,vos qui viam vitæ extra hominũ frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati neceſſe eſt,qm̃ ad vos magiſter ipſe tentationum accedit. Cæterum ex multitudine præceptorũ, & onerũ religionum,periculum & difficultas huius ſtatus cõprehenditur.Nam,vt dicit Aug. vbi ſunt multæ præceptiones,ibi multæ ſunt tranſgresſiones. Habent enim religioſi longe plura præcepta,quã quicunq; hoĩes aliorum ſtatuum, imò plerunq,,vt ſupra dixi, quod alijs meritum, ſibi ad peccatum & periculum eſt. Nec iuuat ſi dicas,non omnia præcepta obligant. Quibus Hiero. reſpondet in quadã epiſtola, non ideo putet, qui ſe Deo obtulit,aliqua cõtemnenda eſſe mandata,quia leuia ſunt Tam enim maxima illa,q̃ minima imperata ſunt, & contemptus vnius ꝓcepti ꝓcipienti iniuria eſt. Et ſequitur,in quocũq; enim ſtatu,in quo uis gradu ęquale peccatum eſt,vel prohibita dimittere,vel iuſſa non facere. Et Ber.ait,iuſſa ſine culpa non negliguntur,& ſine crimine non contemnuntur. O quam multa ſunt hodie in religionibus præcepta.O quot vincula

multiplicata. O quam pauca & tarda remę-dia. De quibus christus dicere videtur, alli-gant onera grauia & importabilia & impo-
Mat.23.b nunt ea in humeris hominum. Contra hos multiplicantes præcepta comminatur Deus duas maledictiones. Prima est, væ vobis scri bæ & Pharisæi hypocritę, q. clauditis regnũ cęlorum ante homines vbi non intratis, nec permittitis alios intrare. Secunda est, væ vo-bis scribę & pharisæi, qui decimatis mentam & anetum, & relinquitis quæ grauia sunt, scilicet legis iudicium, misericordiam, & fidem. Forte dicet quispiam fatendum esse, plurima esse religionum præcepta, plurima onera, ex quibus necesse est plurima sequan-tur peccata. Fatendum etiam plurima esse in religione pericula, incommoda, plures dif-ficultates, & labores. Veruntamen ex pluri-mis bonis, q̃ religiosi agunt, facilius creditur absorbi posse, sed & promptius ab eis resur gere valebunt, præsertim propter intentio-nem, quã habent ad Deum erectam. Accedit, quia habent socios à quibus iuuẽtur, ad quos dici possunt, quę tetigi supra in. 24.c. Demũ fateor, possibile illud est, sed difficile dixe-rim. Prçcepta enim aperta sunt, impletiones dubiæ, mandata certa, transgressiones certio res, vitia non occulta sunt, bona non viden-tur: picula manifesta existunt, nec sine discri mine incurruntur, remedia vero dubia, nec sine magnis laboribus quæruntur. Facilius cadimus quàm resurgamus, socij vero an iuuent eum, qui se lædere vult, vnusquisque considerent, de quibus quidam sapiens ait, quid iuuat amicus, si animus amicitior lædit? Fateor tamẽ bonis, & Deo dicatis religiosis, pericula difficultates, labores hmõi, quædam certamina, quædam exercitationes existunt, quæ religiosè viuentes eo magis coronant, atque vt supra dixi, cùm de periculis & la-boribus status ecclesiastici egi, nõ est in cul-

pa

pa religio, sed abutentes religione. Nec est improbatio in religione, sed deturpantibus religionẽ, in qua non est mirum si sit multitudo periculorũ, vbi volentibus, & bene militantibus est cumulus donorum. Nam, vt ait Hug. de sancto victore, omni statui benigna est religio, abundans pauperi, mediocribus sufficiens, tolerabilis diuiti, infirmis larga, dedicatis compatiẽs, pœnitentibus miserans, peruersis seuera, bonis optima. Et Chryso. religio nunquã se nescit, fatigationẽ nõ sentit. Ex quibus omnibus apertè monstratur huius vitæ & status periculum, labor, & difficultas, simul & necessitas.

CAP. XXVIII. DE INCLINATIONE, & dispositione naturali, & diuersitate cõplexionum & habilitatum hominum quantũ ad religionem, & de consilio in talibus.

VLTRA pdicta nõnulli cautos agũt & attentos religionẽ ĩgredi volẽtes, vt ĩclinationes suas ac dispositiões naturales, & cõplexiones attẽdãt, viresq; suas discutiãt. Tandẽ quidã illis circa pdicta cõsilia prębent. Aiunt enim quia secundum antiquorum sapientum sententias, diuersi ad diuersos penitus viuẽdi modos, aut inclinãtur, aut disponũtur. Diuersitas autem & dissimilitudo, aut disparitas viuendi vnius ad alterum, inquit philosophus in politicis, ex triplici radice procedit. Primo ex natura, siue qualitate diuersa nõnullos ex diuersitate cõplexionis, loci quoq; in quo viuitur, naturaliter ad diuersa ferri videmus; nonnullos enim inclinari conspicimus ad bene politizãdum in rep. alios ad militandum; alios ad artificia, alios ad sacrificia, & cultum diuinum. nec solum ad hæc exercitia, sed animæ passiones diuersimodè disponuntur: quoniã aliqui ad verecundiam, alij ad iram, alij ad tristitiã

inclinantur. Cõplexionis ergo diuersitas, & regionis qualitas, ad diuersa penitus inclinat, etiã quo ad mores. Quãto enim humana cõplexio simplicior & purior est, tanto sensus exteriores viuaciores potentiores, atque subtiliores redduntur. Quo fit, vt per consequens intellectus hominis eo magis sit purior & subtilior. Idque ex eo patet esse manifestum, quoniam quãdiu sensus ipsi exteriores viuaciores existunt, tanto magis intellectui deseruire possũt. Quoniam intellectus ipse nihil agit aut intelligit, quãdiu in hoĩe existit, nisi cum ministerio sensus. Quare recte Arist. inquit, quia animæ sequuntur corpa. Et alibi in libris de anima ait, molles carne aptos mẽte dicimus. Anima ergo siue intellectus humanus, non exercet operationes suas, nisi mediãtibus organis corporis, quia eodẽ philosopho teste, nihil est intellectu, quin prius fuerit in sensu. Ex qua radice procedit illa causa à multis ignorata, quare intellectus humanus quãdoq; fatigatur. quod licet impropriè dictũ sit, tamẽ intellectũ fatigari dicemus non secundũ se, sed secundum sensus exteriores, cũ quibus agere debet intellectus ipse. Ex quibus omnibus cõstat, ꝙ habilitantur seu disponũtur homines ad hũc vel illum modum viuendi, secundũ ꝙ peius vel melius cõplexio illorum est disposita. Et quanquã anima ipsa ęquè perfecta existat; tamen aliquando eligit vnum viuendi modũ sibi accõmodum, & in eo facilius bene operatur, si organa corporis melius habet disposita & cõplexionata, quæ inclinatiuè non cõpletiuè ad hoc vel illud disponũt. Secundò diuersitas modi viuendi contingit plerumq; ex diuersa consuetudine, quæ naturam imitatur, & illa ad vnum modum videndi trahit alios, alios ad alium. Tertiò, hęc disparitas viuẽdi cõtingit nõnunq̃ ex speciali diuina influẽtia: quę quando & quomodo vult, hũc trahit ad vnũ

viuendi modum, alium ad alium, sine tamen offensione vniuscuiusque liberi arbitrij, pro ut suę inscrutabili placet prouidentię. Quicũ que ergo hoc modo trahitur ad vitam mona sticam, laudet Deum qui traxit, & properet ad locum, quem sibi monstrat Deus, & reli-ctis vrbibus,& earum illecebris, vadat salua ri in Segor. Verum secundus modus consue-tudinarius eos repente non iuuat, qui delica tè in vrbibus nutriti sunt, sed opus est con-suetudinem perniciosam contraria consuetu dine paulatim deuincere. Si verò primum modum attendunt, recurrant ad complexio-nem, vt prędiximus, ad naturam suam, ad inclinationem, ad dispositionem interioris hominis sui, vnusquisque recurrat, deniq; ad vires corporis sui,& seipsos & intra seip-sos dijudicent, & de se magis sibi,quàm aliis cedant. Concludunt ergo,& consulunt non-nulli scribentes, vt qui in deliberatione pen det, an religiosam vitam assumat, cuncta animo digerat, & id eligat, quod portare & continuare possit. Nec volumus quæ tetigi-mus, dicta esse animo dissuadendi religionis ingressum, maximè, quia non ignoramus ne minem sine graui peccato religionis vitam alicui, aut prohibere aut impedire posse, iuuenibus pſertim. Nam adolescenti volenti viã perfectionis,dixit Christus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & se-quere me. Vnde quidam sapiens ait: qui ado lescentẽ à religione retrahunt, similes sunt pharisæis, quibus ore saluatoris dictũ est, væ vobis,quia nec vos intratis in regnũ cœlorũ, nec alios sinitis intrare. Veruntamen, cum religionis ingressus de consilio sit,& de ope-ribus supererogationis, vnusquisque, vt di-ctum est,ad se recurrat, viresq; suas discutiat, fragilitati suæ complexioni, naturę, consue-tudini consulat, & si potest capere, capiat Dicare enim & religare se Deo optimũ est.

Mat.13.f

Mat.23.b

Sed cogitet qui religionem intra, laboriosam viam, iter arduum, atque difficile aggredi: nec ad tempus, sed quamdiu vixerit religionis onera necesse est sustineat. Illudque semper in mentem veniat, quia sic manum ponat ad laboriosum aratrum, ne respiciat retro, quia aptus non erit regno cœlorum.
Mat.3.b Fatemur tamen ea, quę tetigimus, inclinatiue non completiuè ad hoc vel illud disponunt. Potens est Deus abundare, & facere gratiam nobis, qui de lapidibus istis potest suscitare filios Abrahæ. De lapidibus inquam, idest, de induratis & inflexibilibus animis hominum, non solum natura vel complexione, sed etiam deprauatione & malitia potest suscitare filios Abrahę, idest, reddere eos flexibiles, & obsequentissimos ad obedientiam, & cætera onera religionum. Non tamen improbamus, quin vnusquisque fragilitatem, viresque suas discutiat. Et cum consilij sit religionē ingredi, vt supra dictum est, si potest capere, capiat.

CAP. XXIX. DE COMPARATIOne religiosorū inter se adinuicē. Et primo de comparatione solitariorum ad socialem vitam agentes, & quæ vita sit perfectior altera.

HABITA est igitur superius comparatio, & differentia horum duorum statuum, clericalis, videlicet, & regularis inter se adinuicem comparatorū: & qualiter alter alteri aut ęquatur aut preponatur, quo ad perfectiorē statū: & quis sit eligibilior prout perfectior aut prout humanior. Iam super est, vt status religiosorum inter se adinuicem distinguantur cōparentur quoad perfectionis statum. Et primo de religiosis solitarijs comparatis ad vitam socialem agentes. Quantum igitur ad

religiosorum statum inter se considerandum & comparandum, duplicem fore puto differentiam religiosorum quorundam, qui solitariam & anachoriticã vitam ducunt, aliorũ, qui socialem. De solitarijs ergo primo dicendum est, deinde de socialem vitã agentibus. De primis itaque à nonnullis sanctis doctoribus asseritur, illos omnes ctæeros religiosos excellentia vitæ status perfectione, anteire. Sic de Antonio legimus. Sic de Paulo primo heremita, necnon Benedicto, & primis Macharionibus, & plurimis alijs. De quibus Augustinus in libro de operibus monachornm ait, illos monachos sanctiores esse, qui à conspectu hominũ segregati, nulli ad se præbent accessum. Alij vero distinguendum putant, quia vel loquimur de perfectionis statu, vel de perfectionis opere. Vtroque autem modo solitaria vita maiorem perfectionem acquirit, quam socialis. Quorum ratio est: quoniam vita socialis, status est volentium perfici per instructionẽ in intellectu, & per correctionem in effectu, cnm aliquando cõtingat à via perfectionis deuiare. Sed solitaria vita est perfectorum, & talium qui nullo istorum indigeant. Solitariè enim viuentes & aliorum consortia aspernantes, & ciuiliter, & socialiter non conuersantes necessario, vt philosophus ait in politicis, vel sunt vt bestię: vel sunt homine meliores. Vnde non solum secundum sanctorum, sed & secundum philosophorum sententias, solitariè & virtuosè viuere, perfectorum est: & magis tales debent dici quidam Dij, quam homines: vel tanquã supremi & perfectissimi homines, non solum honorandi, sed potius admirandi sunt. Quanto ergo status perfectorũ excedit statum perficiendorum, tantò solitaria vita monachorum excedit vitam quorumcunque religiosorum socialiter viuẽtium. Si vero loquamur de perfectionis ope-

Opus enim vitæ solitariæ contemplatio est socialis vero vitę actio ē, vel vtriusq; operis in quibusdam commixtio. Planū est autem, quod contemplatio præeminet actioni, & est opus magne perfectionis, nō solum propter Christi verba, de Martha & Maria cōmuni ter
Luc. 6. d recitata, sed propter Christi exemplum imi tandū. De quo scribitur apud Luc. qđ exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione, & hoc fit propter facilius diuinum auxilium impetrandum. Non enim dixit, exijt ad turbas, aut ad vrbes orare, sed in montem vastæ solitudinis. Vbi enim deest auxilium humanū, solitudinis locus aptus est ad impetrādum diuinum auxilium: quia cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habeamus refugij, vt oculos nostros dirigamus ad Deum. Item quęritur solitudo propter tumultum seculi fugiendum. Deserens enim mundum, & tumultum seculi, & sperans se non solum à voluptatibus mundi, sed à iucunditate sociali, confortatur à Christo: vt glosa ait sup illo verbo Apoca. duodecimo. Mulier
Apo. 12. b fugit in solitudinem. Circa predicta tamen quæ de sanctitate vitę solitariæ dicta sunt, dicam quod animum pulsat. Alia est enim ratio illius antiqui temporis, alia moderni. Si enim viros solitarios consideramus, illos videlicet, q in primitiua ecclesia floruerunt, verissimum puto illos fuisse perfectioris & sanctioris vitæ cęteris socialem vitam agentibus. Eo enim tempore non arctabantur fideles tot canonum & decretorum præceptis, censuris, aut pœnis. Nec erant tunc, vt ita dixerim, tot laquei legum, seu constitutionum, excommunicationum, seu censurarum, à quibus vix fideles etiam diligentissimi, & timorati respirare, & pręcauere possunt: non tot ieiunia indicta, non vigiliæ, non silentia, non diurna pariter, & nocturna diuina officia dietim aut ex præcepto dicenda: non de-

nique tot festa colenda, non tam crebra confessio, & corporis Christi communicatio, non tot obedientiarum præstationis, sicut modo fideles arctantur, aut potius inuoluuntur. Ita vt rectè de prelatis ecclesiæ dici possit illud Christi: qui alligant onera importabilia, & cętera. Vnde si aliqua huiusmodi in illa primitiua ecclesia seruabuntur, erant tamen voluntatis, quæ pro tunc transgredi peccatum non erat: quia nondum prohibita. Nunc vero ea omnia, quæ diximus, & complura alia ab ecclesia addita quotidie secundum hominum & tēporis malitiam, expedit vt augeantur, & sub pręcepto iniunguntur. Quorum ignorantia aliquem non excusat, & omnes etiam solitarios ad obseruationem ligant. Cum igitur ea omnia non solum facere, sed & scire difficile sit, & ferè impossibile, non solum anachoritis, & in heremo vitam agentibus, qui hominum conuersationes fugiunt, & omnium rerum necessariarū penuriam habent, sed etiam his, qui vrbes incolunt: ideo putamus sine offensione veritatis probabiliter dici posse modernis temporibus, vitam heremiticam non posse reperiri illius pfectionis & sanctimoniæ, sicut priscis illis temporibus; quinimò periculosum admodum fore, & difficulter cuncta ecclesiæ statuta obseruare posse. Nisi forte aliquis quod dicat anachoritę predicti iam adeo perfecti sunt, & tam fixum animum in Dei amore habeant, vt ab his ligamentis liberi sint, & prędicta pręcepta habeant in pręparatione animi. Quibus non facilè assentio, quia cum de ecclesia sint, præceptis ecclesiæ ligari manifestum est, nisi priuilegiati reperiantur, aut diuinitus aliter fuerit reuelatum.

CAP. XXX. DE COMPARATIOne religiosorum, vitam socialem inter se agẽtium, & quæ religio socialis, alteri sociali sit perfectior. Et vtrum religio eo quòd arctior sit perfectior.

CONSEQVENS est vt religiosos vitã socialem agentes, discernamus, & comparemus quantum ad eorũ perfectionẽ, inter quos, vt sancti doctores tradunt, longa admodum differentia est. Nã vt inquit, sanctus Thomas secunda secundæ. q. 188. differentia religionis vnius ad aliam principaliter quidẽ attenditur ex parte finis, sicut si vna religio ordinetur ad peregrinos hospitio recipiendos, & alia ad visitandos vel redimendos captiuos. Secundariò autem ex parte exercitij, quia diuersi modi exercitij sunt in diuersis religionibus, puta quia in vna religione castigatur corpus per abstinẽtias ciborum, in alia per exercitium operum manualium, vel per nuditatem, vel aliquid aliud huiusmodi. Et quia non potest aliquid dici altero potius, nisi secundum illud, in quo ab eo differt, ideo excellentia vnius religionis super aliam principaliter quidem attenditur secundũ religionis finem. Secundariò autem secundũ exercitium. Diuersimodè tamen secundum eum vtraq; cõparatio attenditur. Nam comparatio, quę est secundum finem, est absoluta. eo quòd finis propter se quęritur. Cõparatio autem quæ est secundũ exercitium, quęritur non propter se, sed propter finem: & ideo illa religio alteri præfertur, quę ordinatur ad finem absolutè potiorem, vel quia est maius bonum, vel quia ad plura bona dirigit. Si verò sit idem finis, sed secundariò, tunc attenditur præeminentia religionis, non secundum quantitatem exercitij, sed secundum proportionem eius ad

finem intentum. Vnde in collationibus patrū introducitur sententia beati Antonij, qui pertulit discretionem, per quā aliquis omnia moderatur, & ieiunijs, & vigilijs, & omnibus huiusmodi obseruationibus. Sic ergo dicendum, quod opus vitæ actiuæ est duplex. Vnum quidem, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, sicut doctrina & prædicatio. Vnde & Grego. dicit in. 5. homil. super Ezechie. quod viris perfectis primo ad contemplationem suam redeuntibus, dicitur: memoriam suauitatis tuę eructabunt, & hæc pręfertur simplici cōtemplationi Sicut enim est maius illuminare, quàm lucere solum, ita maius est contemplata aliis tradere, quàm solum contemplari. Aliud autem est actiuę vitę, quod totaliter consistit in occupatione exteriori: sicut eleemosynas dare, hospites recipere, & alia huiusmodi, quæ sunt minora operibus contemplationis, nisi fortè in casu necessitatis. Sic ergo summum gradum in religionibus tenent, qui ordinantur ad docendum & prædicandum: qui etiam propinquissimi sunt perfectioni episcoporum: sicut & in alijs rebus fines priorum coniungunt principijs secundorum, vt dicit Diony. 7 c. dè diuinis nominibus. Secundum autem gradum tenet ille, qui ordinatur ad contemplationem Tertium autem qui occupantur circa exteriores actiones. In singulis autem his gradibus potest attendi pręeminētia secundum quod vna religio ordinatur ad altiorē actū in eodē genere, sicut inter opera actiuæ potius est redimere captiuos, quàm suscipere hospites, & in omnibus operibus contemplatiuæ, potior est oratio quàm lectio. Potest etiam attendi præeminentia, si vna earum ad plura horum ordinatnr quàm alia, vel conuenientiora statuta habeat ad finem propositum consequendum. Moderni tamen doctores ad eundem intellectum aliter distin-

gunt. Tres enim gradus fuerunt illorum religiosorum vitam socialem agentium, præsertim qui in paupertate voluntaria propter Christum assumptam regularem vitam elegerunt. Primus gradus fuit quondam, hodie est quorundam monachorum, qui habentes possessiones in communi, de fructibus & prouentibus ipsarum viuunt, & de illis sibi & necessarijs vitę suæ prouident. Secundus modus fuit, & adhuc quorundam est religiosorum, qui mundũ spernentes, de labore manuum suarum victitant, ac vestitum, & alia necessaria sibi ex illo ministerio subministrant, secundum quem modum aliquando Paulus apostolus vixit, ne offendiculũ daret euangelio. Tertius gradus est aliorum religiosorum, qui hodie communi vocabulo mẽdicantes appellantur, qui spiritualibus principaliter vacãtes, & prædicationi & doctrinę insistẽtes, de his, quæ sibi à fidelibus offeruntur in voluntaria paupertate Deo famulantur.

1.Co.9.b

Hæ igitur religiones habent inter se differentias & proportiones, & aliæ alijs antiquiores sunt, & etiam strictiores. Sed quantum est ad statum vberioris perfectionis, non dubito vltimam, id est mendicantium vitam, maioris esse perfectionis & meriti, ac etiam securitatis ad salutem: & hoc propter quatuor causas superius assignatas, cum de excellentia religiosę & monasticę vitę in genere actum est. Primò, videlicet quia temporaliũ rerum minorem habent solicitudinẽ. Secũdò quia ad spiritualem contemplationem maiorem habent dispositionẽ annexam. Tertiò, quia respectu maiorum bonorum, quæ fidelibus subministrant, & paruam in hoc seculo recompensationem recipiunt. Quartò quia magis Christi vitam imitantur, & apostolorum. Scribitur enim in Luca, quòd mulieres multæ sequebantur Christum ministrantes si

bi de facultatibus suis, quam aliqui putant vitam mendicantium.

Fortasse aliquis obijciet, ꝙ nonnullæ religiones arctioris vitæ sunt, quam mendicantes: ideo videntur eminentioris atque perfectioris esse status. Nam dicendum est (vt sancti tradunt docto.) ꝙ ista duo simul stare possunt aliquam religionem esse arctiorem, & tamen minoris perfectionis. Quod triplici via ostenditur. Primò, per Christi exemplū. Secundò per discipulorum documentum. Tertiò, per ecclesiæ militantis commune experimentum. Primò enim patet per exemplum Christi. Nam nulli fidelium debet esse dubium, quod nulla regula vel religio arctior esse potest, quàm religio Ioan. Baptistæ, de quo dicitur Matth. 3. ꝙ vestimentum eius erat de pilis camelorum, esca autem eius locustæ & mel siluestre. Super quo verbo dicit Hieron. ꝙ mirum erat in humano corpore tantam asperitatem vitæ conspicere. Demum nulli dubium est, quod nulla alia religio, aut viuendi modus perfectior fuerit, vita & religione Christi. Vnde Matth. xj. dicitur. Venit Iohannes Baptista non manducans nec bibens, & tamen dixistis, quia dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dixistis: ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, & iustificata est sapientia à filijs suis. Super quo verbo dicit beatus August. quod sancti apostoli intellexerunt regnum Dei nō esse in esca & potu, sed in æquanimitate & voluntate tolerandi, quos neque copia subleuat, neque deprimit egestas. Et sic patet, ꝙ religio Christi, licet fuerit minus arcta, tamen longè maioris perfectionis. Secundò, hoc patet per doctrinam apostolorum. Tanta enim fuit apostolicæ vitæ perfectio, & ecclesiæ primitiuæ, vt cunctis possessionibus abdicatis, omnia haberent, in communi, &

precia possessionum ponebantur ad pedes apostolorum, à qua perfectionis via aliquatenus posteriores defecerunt: quia possessiones in communi, licite tamen, reseruabant, vt alibi latius diximus, præsertim in eo libro, quem de Christi paupertate ædidimus. Tetigimus etiam in libro defensorij status ecclesiastici. Nam August. dicit in de doctrina christiana, nullas ecclesias gentium fecisse, quod tempore apostolorum factum est, & tamen monasteria ex gentibus conuersis congregata, & possessiones in communi seruantes, arctioris vitæ fuerunt quàm religio, siue status apostolorum. Dicit enim Hierony. in epistola ad Eustochium, de cibo vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquod comedisse luxuria est. Fuerunt ergo monachi in primitiua ecclesia arctioris vitæ, quam apostoli, sed tamen minoris perfectionis. Quod patet, quia ex eo q monachi prędicti possessionis in communi seruabant, August. videtur innuere eos quodammodo à perfectione apostolorum defecisse. Tertiò hoc etiam conspicitur per militantis nostræ ecclesię experimentum. Tenet enim communiter ecclesia religionem siue statum episcoporum perfectiorem esse omni alia religione, tam monachorum quàm aliorum, & tamen experimentum docet, q quælibet religio arctioris vitæ est, quàm religio seu status episcoporum. Non ergo se comitantur ista, q religio quanto arctior, tanto perfectior. Potest enim esse maior perfectio cum minori arctitudine, & maior arctitudo cum minori perfectione. Et licet ecclesia concedat transire ad arctiorem illis qui sunt in laxiori, non propterea id concedit quasi credat religionem tanto esse perfectiorem, quãto arctiorem simpliciter, sed credit arctiorem instrumentaliter esse perfectiorem re-

ſpectu illorum, qui per talem altitudinem dicunt commodius poſſe peruenire ad ſtatum perfectionis. Et hæc quantum ad perfectiorem ſtatum intelligenda ſunt. Quid autem tenendum ſit quantum ad tranſitum, canoniſtæ tractant in cap. ſane de regula. Dicunt enim exempli gratia, q attenta inſtitutione regulæ ſancti Auguſt. & etiam ſancti Benedicti, arctioris regulæ eſt ordo ſancti Benedicti, & laxior ſancti Auguſt. videlicet quantum ad tranſitum de vna religione ad aliam. Itaque, niſi conſtitutiones regulares obſtarent. vel obſeruantia actualis fratrum prædicatorum,& aliorum,qui regulam beati Auguſt. profitentur, certum eſt eos poſſe trãſire ad ordinem ſancti Benedicti. Veruntamen in iſta materia, quantum ad tranſitum ad aliam religionem, dicunt doctores,q capitur latior vel arctior, habendo reſpectum ad actualem obſeruantiam regulæ, etiam ad conſtitutiones factas vltra regulam. Vnde quantum ad dictum tranſitum, non eſt ſolũ ponderanda regula ſancti Benedicti & Auguſtini, ſed ſunt ponderandæ conſtitutiones ipſorum ordinum, & actuales obſeruantię. Et ideo cum fratres prædicatorum & ſancti Auguſti. & aliorum qui tenent regulam beati Auguſt. ſecundum communem modum viuendi & ſeruandi regulam reducti ſunt ad inſtar mendicantium, ponderata veritate, videntur eſſe arctioris ordinis, quàm ordo ſancti Benedicti,& non poſſet tranſire frater prędicatorum,ad ordinem S.Benedicti ſine Papę licentia. Tamen quantum ad perfectionẽ ſtatus vtriuſq; regulæ ſimpliciter aſſumptæ, ſecũdum opinionem multorũ,regula beati Benedicti perfectioris ſtatus quàm S. Augu. eſt.

Et hæc de comparatione inter ſe cunctarũ religionum vitam ſocialem habentium,breuiter dicta ſufficiant.

FINIS.




IMPRESSVM

BRIXIAE,

APVD VINCENTIVM


SABIENSEM.

1570.








Restauro
del Libro
Sanlin O.

